fitebor aduerſum me iniuſticiā meā dño
et tu remiſiſti impietatem peccati mei. ps
xxxj. Ubi Caſſidor⁹. dixi. i. deliberaui in
corde ꝙ ꝯfitebor aduerſum me ⁊c. ꝛ tu re
miſiſti pctm̄. Sed di. Quare ḡ debeo cō
fiteri cum remiſſum ſit ante in contritiōe.
Rñdetur ꝙ ꝓpter ſatiſfaciendum precepto.
Nam deus qui ꝑcepit ꝯtritionē precepit
etiam facere confeſſionem homi dum po
teſt ꝛ ſatiſfactionem. et cum hoc ꝓpter ec-
cleſie reconciliationeꝫ que fit ꝑ abſolutio-
nem ſacramētalē ſm Scotū. Scḋo ꝓ-
batur ratione. quia vera cōtritio nō pōt eſſe
q̄ tollat pctm̄ niſi ſit cum ꝓpoſito ꝯfitendi
et ſatiſfaciendi. ſ. ſer. xiij. Q. voluntas au
tē ꝓ facto capitur. Proinde ſi q̄s in articulo
mortis non poteſt confiteri quia obmute
ſcit. vł quia non habet ſacerdotem: ſaluatur

per contritionē habendo ꝓpoſitū confiten
di. Si autem nollet confiteri ꝛ ſatiſfacere
nō eſſꝫ eius contritio ſalubris. H.
Tertio ꝓbatur exemplificatiōe. Narrat em̄
Jacobꝰ de vitriaco. ꝙ mulier quedā mor
tuo viro viduata facta ē occulte meretrix
que cū eſſet antiquata. ab amatoribꝰ con
tempta. in paupertate magna deſperata
diabolo ſe daturā iurauit ſi eam ditaret.
Tūc diabolus iniūxit ſibi ꝓmo ꝙ omnia
peccata que poſſꝫ facere nō deſiſteret. Se
cūdo ꝙ nullā miſericordiā in pauperes ex
hiberet. Tertio ꝙ nunqꝫ peniteret nec cō
fiteretur. Ditata ergo cepit hec omīa obſer
uare. Tandē cuꝫ mortis hora aduenisſet
monetur a filio ꝓprio ad penitentiā. que di
xit ſibi nil valere nec poſſe penitere: ſed cū
a filio cū lachrymis peteretur vt confiteretur.
victa illius verbis ꝛ lachrymis cepit ipſa
flendo reuelare quō confederata ſit cū di
abolo. Ad illius autē inſtantiaꝫ docentis
veniā penitentie repromiſſaꝫ. Mulier ait
Voca ſacerdotē parata ſū facere qđ hor
taris. Filio abeūte poſt ſacerdotē: ecce de
mones irruerūt ſuꝑ eam. quoꝝ timore cō
cuſſa mortua eſt in gratia contritiōis cuꝫ
ꝓpoſito ꝯfitendi anteqꝫ aduenisſꝫ ſacerdos
tunc eius filius ſibi p̄dicta peccata reue
lata ſacerdoti confeſſus eſt ꝛ magnā peni
tentiā pro matre fecit. Cunqꝫ ſeptimo an
no oraret pro ea apparuit ſibi mater gra
tias agens ꝓ liberatiōe. O ergo peniten
tia felix ꝛ benedicta. o ſacra contritio. ꝛc.
Rogemus chriſtū ꝛc.

¶ Feria ſecūda poſt dn̄icā ſecundā q̄dra
geſime Sermo decimuſquintus de contri
tiōe p̄teritoꝝ peccatoꝝ futuroꝝ ꝛ alienoꝝ.

SI nō credideritis quia ego ſum morie
mini in pctō veſtro Joh. viij.
ꝛ in euangelio hodierno. Verba ſunt ſal
uatoris noſtri. qui vt oſtenderet ꝙ graue
malū ſit eſſe in ſtatu peccati pluries repli
cauit ꝑ eadē verba ꝛ per eandē ſententiaꝫ
loquēs iudeis peccatoribꝰ. ſcꝫ ꝙ in pecca
tis morerentur. quatenꝰ omes peccatores
cognito periculo peccatoꝝ ſollicite quere
rent ſibi medicinā ſalutis ꝑ veram cōtri
tionē ꝛ penitentiā. Proinde ipe chriſtꝰ do
minus dicit. Si non credideritis ſcꝫ fide
formata ꝑ charitatē dei verā vel gratiaꝫ.
que vtiqꝫ peccatori infunditur in contritiōe.
Quia ego ſum ſcꝫ xp̄us deus tollens pec
cata hominū ꝛ ſaluans eos ꝑ paſſionem.
Moriemini i peccato. q. d. ſcḋm Origenis
expoſitionē ꝑ contrariū hortando. Si er
go creditis quia ego ſum. nō moriemini ī
peccato ſed viuetis ꝑ fidem ꝛ gratiā vere
penitētie. Et de his verbis chriſti loquitur
euangeliū. Itaqꝫ de ipa contritiōe proſe
quen̄. notemus tria myſteria p̄ter p̄dicta
in hoc ſermone.

¶ Primū de cōtritōe peccatoꝝ p̄teritoꝝ.
¶ Secūdū de emēdatōe pctōꝝ futuroꝝ.
¶ Tertiū de dolore pctōꝝ alienoꝝ.

I Circa primū de contritiōe
p̄teritoꝝ peccatoꝝ ꝓ inſtructiōe occurrūt
vtiles queſtiūcule. Prima queſtio vtrū ve
re contritus debeat dolere de peccato ori
ginali ac penarū inflictiōe. Reſpondetur ſcꝫ
Petrū de tharan. in. iiij. di. xiiij. ꝙ peniten
tia nō eſt ꝓprie niſi de aliquo actu volūta
rio. ideo nō requiritur ꝯtritio de peccato ori
ginali. quia nō eſt in nobis volūtariū pro
priū. tamē requiritur in adulto diſplicentia
cū conſiderat illud. Itē ſcḋm Tho. di. xvij.
Contritio ꝓprie nō eſt etiā de penis ſed d̄
culpis: vt patet ex contritiōis diffinitiōe
ſupra ſermone. xiij. M. Nā nec debemus
de penis confiteri vel emendare ſed pati
enter tolerare. vt ſic per eas meritū ꝛ pre
miuꝫ valeamus acquirere. verūtamen de
malis pene ſiue originalis culpe vt ſūt fa
mes: ſitis: laboris anxietas: infirmitas:
mors ꝛ hmōi: ſiue etiā de penis culpe ac
tualis vt ſunt iudiciales pene iuſte iflicte.
poteſt homo dolere nō ratiōe pene ſed ra
tione peccatoꝝ quibus demeruimꝰ tales
penas. Et ſic accipiendū eſt dictū Augu.
li. de penitētia ſcꝫ Nemo vitā eternā deſi
derat: niſi eū huius vite mortalis penite
at. Hec ille. Intelligendo ſcꝫ ꝙ de morta
litate vite que eſt quedā pena. ꝛ ſic etiā de
alijs penis debemus penitere nō ratione
ſui ſed ratione peccatoꝝ. K. Secūda
queſtio vtrū vere contritus debeat dolere

etiã de amiſſione vel ꝑuatiõe virtutis per peccatũ perdite. Reſpondet̃ ſm Tho. in iiij. di. xvij. q̃ dolor de ꝑuatõe virtutis nõ eſt de eſſentia contritiõis expſſe. Un̄ ſine tali dolore poteſt eſſe vera contritio ð peccatis. tamẽ talis dolor ꝑtinet ad ꝑncipiũ vere contritionis. ſicut aliquis mouet̃ ad dolendũ de aliquo facto ꝓpter malum qð inde ſecutũ eſt: puta dolet ſe ludũ feciſſe. quia multa ibi perdidit. Proinde bonũ eſt dolere de meritoꝝ omniũ ⁊ virtutũ ac operũ bonoꝝ a puericia acquiſitorũ perditiõe facta ꝑ peccatũ. Inſup de meritorum paſſionis chriſti ac celeſtiũ bonoꝝ ꝑpetuoꝝ ⁊ totius eccleſie orationũ ⁊ ſuffragioꝝ amiſſiõe. quia oĩa ꝑ peccatũ mortale amittunt̃ vt ꝓ tantis damnis acrius doleat de peccat ꝑ que talia ꝑdidit. Unde Aug. dicit. Penitens debet dolere etiam de hoc q̃ virtute ſe ꝑuauit. Exemplũ Coniugata debet dolere nõ ſolum q̃ adulteriũ cõmiſit: ſed etiã quia bonũ matrimonij ſcʒ fideʒ ⁊ ſacramentũ leſit ⁊ fregit ⁊ fructũ triceſimũ ꝑdidit. vidua ſimiliter de hoc q̃ peccauit ⁊ q̃ fructũ ſexageſimuʒ ꝑdidit. ⁊ virgo de hoc q̃ tantũ theſauruʒ ⁊ fructũ cẽteſimũ perdidit. O ergo pctõr o peccatrix cogita ⁊ dole de tantis dãnis.

L Circa ſecundum queritur. vtrũ contritus dolere debeat nõ ſoluʒ de ꝑteritis peccatis ſed etiã de futuris. Rñdetur ſm Tho. in iiij. di. xvij. q̃ contritio ꝑncipali actu reſpicit peccatũ ꝑterituʒ vel cõmiſſum. ſed ex conſequẽti reſpicit etiaʒ peccatũ futurũ. ⁊ hoc ꝑmo nõ quideʒ ad dolẽdũ de peccato futuro qð nonduʒ ẽ: ſʒ ad cauẽdũ ab illo. Secũdo ad pctĩ futuꝝ effectũ conſequendũ. Nã quãdoqʒ peccatũ aggrauat̃ ex effectu futuro conſequendo. Nam. xj. q. iij. ꝑcipue Greg. dicit. Tot mortibus quiſqʒ dign⁹ eſt: quot prauitatis exempla in poſteros reliquit. Et propterea Aug⁹ dicit q̃ pena arrij nondum eſt determinata. quia plures hereſim eius ſequũtur quotidie. Sic eſt ⁊ de alijs inuẽtorib⁹ hereſuʒ ⁊ nouitatũ mortaliũ pctõꝝ. Proinde vere ꝯtritus tãto pl⁹ debet dolere quanto putat q̃ plures ipm imitabũtur in tali peccato quibus ipe cauſam vel occaſionẽ dedit ſequendi. Nam ⁊ talibus in inferno totiens augetur pena accidentalis. Sic ergo dicendũ q̃ contritio ꝓprie debet fieri de peccatis ꝑteritis. tamen cũ hoc de futuris debet fieri cauendi propoſitum. ⁊ ſatiſfactio vel emendatio quantũ talis homo poteſt cohibendo: ne ſequantur ex ſuo peccato ĩ futurũ plura mala. O ergo homo chriſtiane diſce ex ꝑdictis conteri de tuis peccatis. Nam de ſimilibꝫ idẽ ẽ iudiciũ vt de huiuſmõi caſibus patebit arti. ſequenti.

M Circa tertium de contritione alienoꝝ peccatoꝝ querit̃. vtrum vere contritus debeat dolere de peccatis non ſolũ ꝓprijs: ſed ⁊ alienis? Ad qð reſpondetur ſm Tho. in. iiij. di. xvij. et alios. q̃ licʒ ꝯtritio neceſſaria nõ ſit ꝓprie loquendo niſi de peccatis ꝓprijs. nihilomin⁹ vere contritus debet de peccatis alioꝝ. ⁊ tenet̃ exhibere dolorẽ ꝑcipue in tribus caſib⁹ videlicet. Primo in caſu fraterne dilectiõis ⁊ correctiõis. quia tenemur ꝓximũ diligere ſicut noſipos. Ideoqʒ tenent̃ ꝑſertim ꝑlati ⁊ alij homies ꝓ ſuo modulo quos poſſunt a peccat cohibere vel retrahere ⁊ dolere q̃ peccãt. Claret de ecclie ꝑlatis. Itẽ de ꝑncipibus. Itẽ de iudicibus. Iteʒ de patrefamilias et hmõi qui tenent̃ dolere de increſcentibus peccatis. ⁊ corrigere vt poſſunt. Nã ca. Culpã vel facietis. lxxxvj. di. Johãnes Chryſ. ait. Culpaʒ pculdubio facient habet qui qð poteſt negligit emendare. Exempluʒ ſcripture habet̃ de hely ſummo ſacerdote. j. lib. Reg. qui ꝓ iniquitate filioꝝ dãnatus eſt vt dic Hierony. ⁊ male mortuus eſt. Secũdo in caſu date occaſionis. Nam ſcribit̃ extra de ĩiurijs ⁊ dãno dato. ca. Si culpa. Qui occaſionẽ damni dat: damnũ ſe dediſſe videtur. Sicut exempli gratia. Qui fodit foueã in publica platea in quã cadũt boues ⁊ animalia tenet̃ dominis illorũ ad reſtitutioneʒ damni Sic qui occaſioʒ damni dat ad peccandũ: ipe reus eſt animaꝝ peccantiũ. Propterea ⁊ chriſtus domin⁹ ait Matth. xviij. Ve illi ꝑ quem ſcandaluʒ venit. Unde talis peccator dans ſcandalum ⁊ occaſionẽ peccandi alijs: tenet̃ peni

tere de peccatis alio ꝑ. Exemplū de mulieribus ſe oꝛnātibus ad concupiſcentiam prauā. Item de ſacerdotibus ⁊ religioſis male vite alios ſcandaliſantibus. Itē de ſeducētib⁹ ꝟgines vel mlieres ad peccatū

N Tertio in caſu male cōicationis. Unde Pſ. oꝛat dicens. Ab alienis parce ſeruo tuo. quia ſepe quis peccat in cōmunicando alienis peccatis. ⁊ ſic tenetur conteri etiam de alienis quibus conſenſit cōmunicando. Et hoc fieri poteſt nouē modis: iuxta verſus. Iuſſio conſiliū cōſenſus palpo recurſus. Participans tacens: non obſtans nō manifeſtans. In iſtꝫ peccatis alienis contritio eſt formanda. Exemplum habemus de ſalomone. qui cuꝫ multis mulieribus peccauit. ⁊ occaſioneꝫ ac exemplū peccandi multis pꝛeſtitit. Nā ſingulis ſuis vxoꝛibus idola deoꝛum ſuorum erexit. Dicunt auteꝫ quidam doctores ꝙ ſaluatus ſit finaliter eo ꝙ penitentiam egerit. Sed Lyra dicit hoc eſſe valde dubium eo ꝙ idola non deſtruxit que erexit cum tenebatur ⁊ poterat autoꝛitate regia facere. Ideoqꝫ videtur ꝙ veram penitentiā non fecit etiam ſi penituit exterioꝛi oſtenſione. ſed reliquit in futurum occaſionem peccandi multis. O ergo ſi talis ſapiētiſſimus rex ⁊ deo acceptiſſimus antea adeo vt ſibi deus apparuerit. Si inqꝫ tantus ⁊ talis damnatus eſt ꝓpt̄ falſam penitentiam. quid fiet de miſeris cōmunibus hominibus peccatoꝛibus enoꝛmia crimina cōmittentibus. Rogem⁹ ergo chꝛiſtum vt det ⁊c̄.

Feria tertia poſt dominicam ſecundaꝫ Sermo ſedecimus de contritionis neceſſitate generali ⁊ medicamine.

Qui ſe hūiliat exaltabitur Matth. xxiij. ⁊ in euangelio hodierno. Uerba hec dixit ſaluatoꝛ noſter docens diſcipulos ſuos verbo ⁊ exemplo euitare ſuperbiam ⁊ maliciam ſcribarum ⁊ phariſeoꝛū ⁊ humilitateꝫ tenere in omnibus. quia inquit. Qui ſe exaltauerit. ſcilicet in pſenti ſuperbiendo ⁊ diuinis pꝛeceptis ſe non ſubdendo. humiliabitur. ſ. i futuro ꝑ gehenne penā. Et qui ſe humiliat. videlicet in pſenti ad veraꝫ ⁊ humilem penitentiā. exaltabitur. ſcilicet ad celeſtem gloꝛiā. Unde Bern̄. ſuper cantica ſermone. xxxv. Qui ꝓuehendus eſt ad maxima ſcilicet celeſtia bona: humilitate meretur. Idō xp̄s dicit. Qui ſe humiliat exalt. ⁊c̄. vt patet in euāgelio. Itaqꝫ de humili contritione per quā homo exaltatur in gratia ⁊ gloꝛia notemus tria myſteria ꝑ hoc ſermone.

Primū de contritionis neceſſitate.
Secūdū de obligatiōis generalitate.
Tertiū de contriti coꝛdis ſanitate.

O Circa primū de neceſſitate contritionis queritur vtrum contritio ſit ad ſalutem peccatoꝛū hominū neceſſaria. Ad quod ex doctoꝛum theologoꝛū et canoniſtarum ſententia recolligendo ponitur talis cōcluſio. videlicet ꝙ contritio vera ad ſalutem peccatoꝛuꝫ hominū adeo ē neceſſaria. ꝙ nec cōfeſſio nec abſolutio nec ſatiſfactio nec quecunqꝫ penitentie opera valent ad ſalutem ſine ipa. Et hoc pꝛobatur pꝛecipue tripliciter.

Primo autoꝛitatib⁹.
Secūdo rationibus.
Tertio exēplis ⁊ reuelationibus.

Primo inqꝫ autoꝛitatibus. Nam Pſ. dicit. Sacrificium deo ſpiritus contribulatus ⁊c̄. Ubi gloſa dicit. Cōtritio coꝛdis eſt ſacrificium in quo peccata ſoluūtur. ergo ſine ea non eſt ſalus. Item ꝙ quātūcūqꝫ aſſint alia ſine coꝛdis contritione nullum peccatū dimittitur homini. Aug⁹ et Gratianus de peniten. diſt. j. §. Econtra. ⁊ ea vero teſtātur. Itē. xxiij. q. j. ca. Ubi. idem Aug⁹ dicit. ꝙ vbi charitas non eſt non poteſt eſſe iuſticia. Deniqꝫ Rom. vj. Apoſtolus ait. Stipendia peccati moꝛs. gratia autē dei vita eterna. Sed qui non eſt vere contritus de peccato moꝛtali non eſt in charitate nec in gratia. et per conſequens in moꝛte peccati manet. propterea nulla ei alia opera valent ad ꝓmiū celeſte.

Secundo ꝓbatur rationibus. Nam Leo papa. xxiij. q. j. cap. Manet inqt petri priuilegiuꝫ vbicūqꝫ ex equitate fertur

iudicium. Ubi Glo. dicit. ꝙ hoc dicit̄ de ſententia qua quis ligatur quo ad deum Eſt ergo ratio talis ꝙ nunꝙ inferior iu/dex poteſt abſoluere quem ſuperior tenet ligatū. Sed in abſolutiōe deus eſt autor principalis ⁊ ſuperior iudex. ⁊ ſacerdos ē miniſter di. ⁊ ſic inferior. Cū ergo aliquis non eſt vere contritus coram deo tenetur ligatus in peccato. ergo non pōt abſolui a ſacerdote. Et ſi ſacerdos talem ſcienter abſoluat peccat. ac ille nullo modo eſt ab/ſolutus. Non eī tenet ꝓtunc ſacerdota/lis abſolutionis priuilegiū petro datum quia non ex equitate fertur iudiciū in tali caſu. Sententia eī iniuſte lata nō tenet. extra de ſentent. excom. cap. Per tuas.
Alia ratio theologica. quia ad iuſtificati onē impij requiritur vera contritio: vt te/netur pro cōmuni regula apud oēs do ctores theologos ſuper. iiij. ſententiarū. Ideo nō poteſt peccator iuſtificari. et per conſequens nec ſaluari ſine vera contritio ne etiam ſi confiteatur ⁊ operetur ſatiſfa/ctoria. Sed tamē ꝓpterea non debet deſi ſtere a confeſſione ⁊ bonis operibꝰ. quia nihilominus valent ad alia, put opera in mortali facta. ¶ Tertio ꝓbatur exē/plis ⁊ reuelationibus. Nam in ſpeculo ex emplo. diſt. ix. exem. xxx. ſcribit̄. qđ refert magiſter Jacobꝰ carthuſien. in li. de pec/catis mortalibus ꝙ romanus quidā pō/tifex fini vite appropinquans: capellano ſuo autoritatē apoſtolicam contulit: vt ſci licet abſolueret ſe plenaria remiſſione. ſic ſolet fieri in anno iubileo. capellanus pa/pā abſoluit ⁊ ſic obijt. nō multo poſt mor/tem ipi capellano papa apparuit triſtis ⁊ dixit ſe eterne morti adiudicatū. Ille in/terrogauit. Quare: cū plenaria autoritate te abſoluerim. Reſpondit. quia ſūmus iu dex abſolutionē illam non habuit ratam. Hoc ideo. quia vere contritus non fui. et ſic diſparuit. ergo patet ⁊c̄. Item ſimile narratur etiā de quodam fratre apoſtoli ci abſoluto. Propterea narrat̄ etiā ꝙ qui/dam cardinalis pape charus cum morti appropinquaſſet papa eidem abſolutio/nem plenariā liberaliter obtulit. Cui ille ait. Sanctiſſime pater da potius mihi cō tritionē ſi potes. O ergo ſancta ⁊ virtu/oſa contritio vtinam te peccatores agno/ſcerent.

Q Circa ſecundum de obliga/tione generali querit̄. vtrum generalit̄ ob liget̄ neceſſario oīs peccator homo ad contritionē vt conſequat̄ peccati remiſſi/onē. Ad qđ reſpondet Scotus ſuper. iiij di. xiiij. q. j. ꝙ quāuis deus poſſet remittere peccatum ſine omni actu hominis illius cui remittit. ſicut facit ſanctificatis in vte/ro remittēdo peccatū originale ſine ſacra/mento. Deniꝗ poſſet etiā remittere pec/cata homini ꝑ aliquē feruentē motū dile/ctiōis in deum abſꝗ actu contritiōis ſub ꝓpria ratione: vtpote in actu feruoris ad martyriū ſtatim ſuſtinendū: vbi forte nō eſſet cogitatio de aliquo peccato mortali prius cōmiſſo. Nam talis ſaluaret̄. Qđ ꝓ bat idem Scotus ſic. quia inquit nullus excludit̄ a regno celorū qui facit illud qđ ſimpliciter eſt neceſſariū. ſed poſſibile ē ali quē vſꝗ ad inſtans. A. exiſtentē in pecca/to mortali. ab inſtanti. A. hoc ē ab iſto pū cto hore neceſſitari tā vehementer ad to to corde inſiſtendū circa actꝰ martyrij di/ſtrahentes a cogitatione de peccato com miſſo: vtpote ſtatim expoſito martyrio ar tiſſimo. Verbi gratia ꝑcipitando repen/te in ignem vel in aquā ſubmergendo et hmōi. Sed quādo deus ſic remitteret ta li peccata mortalia: hoc faceret ex ſpeciali lege ⁊ nō lege cōmuni regulariter. Regu lariter eī dicit̄ hoc fieri qđ fit ſm̄ reglas determinatas a ſapientia diuina. R
Quarum inquit hec eſt vna ſcilicet gene ralis regula ꝙ peccatū cōmiſſum non de leatur ſine diſplicentia de peccato cōmiſ/ſo. ⁊ hoc fit per verā cōtritionē. Hec Sco tus. Sed di. Quare ſic ordinaſſe con/gruit. Reſpondet idem Scotus ibidem ꝙ rationabile multū hoc apparet vt ſicut peccatū auertit a fine: hoc eſt a deo ⁊ con/uertit hominē ad creaturam: ita rationa/bile eſt ꝙ non deleatur peccatū niſi ꝑ mo/tum oppoſitū. ſcꝫ auertendo a creatura vl̄ peccato ⁊ cōuertendo ad deū. Hec Sco/tus. O ergo pctōr ꝯuertere ad deū ꝑ ꝯtritio nē. Ex his claret ꝙ bn̄dictꝰ deꝰ de cōmu ni lege ſic ſtatuit ⁊ obligauit hoīes. vt nō

remittant̄ eis peccata niſi ꝑ ꝯtritionē ve/
ram generaliter quo ad omnes adultos ⁊
ſane mentis vel rationis cōpotes: de pec
catis memorari valentes. Itaqꝫ ab hac
generali obligatione excipiunt̄ tria gene/
ra hoīm. Primo pueri nondū dolicapa
ces. ⁊ ſimil'r adulti vſu rōnis carentes. vt
fatui ⁊ amentes quos ignorantia inuinci
bilis excuſat ſicut a pctō ita et a cōtritiōis
obligatione. xv. q. j. c. Si qs inſaniens.
Scdo excipiunt̄: pctā aliq̄ omnino ob/
liuioni tradentes nec recordari potentes
Nā ad impoſſibile nemo obligat̄. Si ta/
mē aliqn̄ in memoriā veniāt tenet̄. Ter
cio pctō mortali actuali ꝑ dei grām caren
tes. Nam de veniali nō eſt neceſſaria ſpe/
cialis ꝯtritio. ſed ſufficit generalis et ipli/
cita. tamē de venialibꝫ ꝯteri ſpecialiter eſt
ꝑfectionis. vt legimus de ſctō Auguſtino
⁊ Franciſco ⁊c. qui etiam de minimis con
fitebant̄ cum dolore.

S Circa tercium de ſanitate
vel medela cōtritionis ſiue cōtriti cordis
Aduertendū q̄ anie hūane vel cordis me
dela in ſcriptura ſup oīa attribuit̄ contri/
tioni. Vn̄ in veteri teſtamēto Eſa. lxj. chri
ſtus dei filius dicit ſic. Spūs dn̄i ſup me
ſm Lyrā humanitas xp̄i dicit hec. ſequit̄
ad annunciandū miſit me: vt mederer cō/
tritis corde. Hec ibi. Vn̄ ſi q̄rat̄ Que ē
medicina in toto mūdo ꝑoptima. Rn̄det
Augꝰ li. de pnia. di. Nil eſt qd̄ medicamē
tū pnie ꝑcellere poſſit. nā ſine ea nil valent
oīa alia. Ipſa aūt ſola valet ad eterna cō/
ſequenda vite ꝑmia. Reuera ſi tot legeren
tur miſſe q̄t ſunt celi ſtelle et maris arene:
non ꝓdeſſent hoī exiſtenti ſine vera cōtri/
tione ⁊ pnia. Proinde q̄ri pōt. Quare
ſcriptura potiꝰ attribuit ꝯtritiōi medelā
aīe. Rn̄det̄ q̄ ꝑmo ſm Lyrā ibidē. q2 con
tritio habet ſanare oīa conſcientie vulne/
ra. Scdo q2 ipſa eſt q̄ſi confectio amara
abſinthiatica de q̄ Dyaſcorides dic̄ q̄ cō
fectio facta arte apothecarioꝝ de abſin/
thio cū zucaro valet ꝑcipue ad q̄tuor. Pri
mo epati ⁊ interioribꝫ viſceribꝫ ſubuenit.
Scdo ſtomachū ꝯfortat. Tercio appeti/
tū excitat. Quarto ebrietati reſiſtit. Hec
ille. Spūaliter abſinthiū ſignificat contri
tionem amarā que ſi cōficiat̄ cum zucaro
diuini amoris dulciſſimi: ſubuēit Primo
interioribꝫ. i. affectionibꝫ deuotis. Scdo
cōfortat ſtomachū aīe in ſuſcipiendo ver/
bo dei. Tercio excitat appetitū aīe ad de/
ſideriū celeſtium. Quarto reſiſtit ebrieta/
ti. ſ. mundialiū bonoꝝ cupiditati. O ergo
chariſſimi hanc medicinā ſalubrē accipi/
te. Rogemus g̃ xp̄m ⁊c.

Feria quarta poſt dn̄icam. ij. Sermo
xvij. de contritione lacrimoſa ⁊ eius virtu
oſitate.

**Filius homi**
nis tradet̄ ꝑncipibꝫ ſacerdotuꝫ
et ſcribis ⁊ cōdemnabunt eum
morte Math. xx. et in euangelio hodier/
no. Sicut Rabanus ſup hoc euāgelio di
cit. Dn̄s ieſus idcirco in hoc mūdo nolu/
it ꝓſperari ſed grauia pati vt oñderet no/
bis viā pnie: quatinꝰ nos q̄ ꝑ delectatio/
nē culpe cecidimus ſciremus cū qua ama
ritudine redire. ſ. ad patriā celeſtē debea/
mus. Propterea xp̄s ipſe dn̄s voluit con/
demnari morte vt nos ꝑ pniā diſceremꝰ
euadere dānationē eterne mortis. et nos
mortui pctīs viuere xp̄o. Itē tradi voluit
xp̄s ad illudēdū: vt exemplo ſui tradamꝰ
nos ad ꝯtemptum mundanoꝝ: nec cure
mus illuſiones hoīm. Item flagellari vo
luit ⁊ crucifigi: vt nos exemplo eiꝰ corpus
flagellemus in pnie auſteritatibus: ⁊ vicia
ac ꝯcupiſcentias crucifigamꝰ in nob̄ Gal.
v. Qui xp̄i ſunt carnē ſuā crucifixerūt cuꝫ
vicijs ⁊ ꝯcupiſcentijs. Vn̄ ⁊ diſcipul' ſuis
xp̄s dn̄s paſſiones iſtas ꝑdixit. Et cū mr̄
filioꝝ zebedei ꝓ filijs gl'iam regni peteret
de hmōi ſequela illos interrogauit dicēs.
Poteſtis bibere calicē quē ego bibiturus
ſum. Et tandē hūilitatē docuit eſſe neceſ/
ſariā ad ꝯſequendū regnū celeſte ſuo exē/
plo. vt patet i euāgelio. Itaqꝫ de pniali
ꝯtritione q̄ debemꝰ xp̄m dn̄m ꝓ nob̄ paſ/
ſum ⁊ mortuū imitari tria myſteria (ꝑter
ꝑmiſſa) in hoc ſermone declaremus.

Primū de intellectuali dolore.
Secundū de ſenſuali lacrimatione.
Terciū de lacrimali ꝑpōderatione.

T Circa primū de intellectuali doloꝛe ſiue voluntario vel coꝛdiali queriť. quale dolorē exigit vel requirit deus in vere contrito peccatoꝛe ꝑ peccatoꝝ remiſſione. Ad qđ reſpondeť ſm̄ Richard. et Petruz đ Tharan. ſup .iiij. di. xvij. ꝙ duplex eſt doloꝛ de peccatis. Unus eſt intellectualis ſiue rōnis doloꝛ quādo homo ex electiōe deliberata peccatū deteſtať: ita ꝙ nolit peccaſſe ⁊ velit nunꝗ̄ de cetero moꝛtaliter peccare. ⁊ talez doloꝛē deus exigit neceſſario in vere contrito vt iam pluribus alijs ſermonibus etiā tactū eſt. Alius eſt doloꝛ ſenſualis qui ſcꝫ excitatur ex p̄dicto doloꝛe intellectuali. quando videlicet homo intantū dolet de peccatis ꝙ ſenſibiliter eius coꝛ amaricať vel etiā ad fletuz cōpungiť. Et de hmōi doloꝛe tria documenta tradunť. Primū eſt. ꝙ ſenſualiter dolere de peccatis nō requiriť neceſſario in cōtritiōe. quia ſine hmōi doloꝛe ſufficit intellectualis doloꝛ ꝑ peccati remiſſiōe. Ratio huius eſt. quia generalis regula iuris dictat. ⁊ eſt dictū Chryſ. qđ poniť extra de regu. iuris. c. j. Omnis res ꝑ quaſcūqꝫ cauſas naſciť: ꝑ eaſdē diſſoluiť. ſed peccatū oē ſufficiēter ꝑ actū ſolius volūtatis pōt naſci. ergo ſufficiēter etiā ꝑ ſoluz voluntatis actū contrariū poteſt tolli: hoc eſt ꝑ diſplicentiā ⁊ doloꝛē ratiōis ꝗ̄tuz eſt ex ꝑte noſtra. ⁊ ſic concurrēte p̄ncipalius gratia dī peccatū dimittiť. Secūdū documentū ꝙ hō quādo nō poteſt de peccatis ſenſibiliter dolere nō debet ex hoc timere quaſi non dimittereť ſibi peccatū. ſi tamē habeat doloꝛē in voluntate. Nā miſericoꝛs deus nō requirit ab hoīe plus ꝗ̄ pōt. Tertiū. ꝙ hō quādo poteſt etiā ſenſibilē doloꝛem de peccatis habere multū debet đ h̄ deo gratias agere. quia hoc eſt ſūme vtile ⁊ ſignū penitētie ꝑfecte vt patebit arti. ſe.

V Circa ſecundum de lachꝛymis contritiōis notandū eſt. ꝙ lachꝛymarū effuſio in contritiōe eſt mirabilis ⁊ indicibilis virtutis ⁊ potētie. Un̄ eā habere ē ſumme vtile. Et hoc declarať ſic. Nā ſi querať. que ſunt in toto mūdo ſup omnia foꝛtiſſima vł potētiſſima. Ad id reſpōdet magnus Albertus ſup Miſſus ē ꝑbando ex ſcꝑturis ꝙ p̄cipua foꝛtiſſima ſūt tria. Primū ē moꝛs que oīa moꝛtalia p̄mit ⁊ moꝛdet ac necat. ij. Regꝫ. xiiij. Oēs moꝛiemur. ⁊ quaſi aque dilabi. in terraz. Un̄ Aug⁹ in yponoſticon. reſponſiōe. j. dicit ꝙ moꝛs hoc vocabuluz accepit eo ꝙ moꝛſu venenoſi ſerpentis. i. diaboli in homines introducta oēs moꝛdeat taz potentes reges ꝗ̄ oēs alios. Secūdū foꝛtiſſimū eſt diabolus. Job. xlj. Nō eſt poteſtas que competur ei ſuper terrā. ⁊ loqͥtur de diabolo. Tertiū ſup oīa p̄dicta ē deus qui eſt oīpotens. Sed deus benedictus tantā virtutē dedit lachꝛymis vere contritiōis vt vincere poſſit oīa hec foꝛtiſſima. X Primo nāqꝫ lachꝛyme vincūt moꝛtē triplicē Unā moꝛtē coꝛꝑalē vt patet in Ezechia rege q̄ lachꝛymis meruit moꝛtis dilationē ⁊ vite ꝓlongationē annis. xv. vt patet Eſa. xxxviij. Aliā moꝛtē ſp̄ualē vincūt q2 aīas viuificāt. Ezech. xviij. Si impius egerit penitentiā de oībus iniq̄tatibus que fecit vita viuet ⁊ nō moꝛieť. Tertiā moꝛtē gehennalē vincunt lachꝛyme q2 eternā penā gehenne ꝑ pctīs debitā aut oīno extinguūt aut in penaz tꝑalem: id eſt purgatoꝛiā cōmutant. Unde Bern̄. dicit. O quāta vis ꝯſiſtit in peccatoꝝ lachꝛymis que oēm abluūt culpaz ⁊ extinguūt gehennā. Secūdo lachꝛyme vincūt diabolū. Un̄ Chryſ. Sicꝫ aq̄ calida expellit canem a coq̄na: ita calide lachꝛyme contritiōis expellūt diaboluz ab aīa. Exemplū habemus in magdalena que ꝑ lachꝛymas ꝓmeruit vt xp̄us ab ea eijceret ſeptez demonia. Tertio lachꝛyme vincūt oīpotentē deuz qđ eſt valde mirabile. ⁊ hoc intantū vt etiā ſententiaz latam īmutare faciant. ſicut patet in rege Ezechia ſup̄ ⁊ in niniuitis. Item lachꝛyme vincūt deū in tantū vt quicquid poſtulať impetret. Un̄ Chryſ. Nemo aliquando ad deū flens acceſſit qui nō accepit qđ poſtulauit. Hec ille. Propterea Bern̄. exclaman̄. dicit. O felix penitētie lachꝛyma tuū eſt regnū: tua eſt potentia. tu ante iudicē intrare nō vereris: quicq̄d petierꝭ impetrabis. tu accuſantibꝫ (etiā demonib⁹) ſilentiū imponis. Quid plura dicā de te o ſacra lachꝛyma: tu vincis deū inuinci

bilem ꝛ ligas omīpotentē inclinans dī filiū ꝛ ꝟginis natū ad fedū peccatorē. Hec Bern. De lachrymaꝝ valore plura ſmone. xxij. ꝑ totū.

y Circa tertium de preponderatione lachrymaꝝ inquirenduꝫ eſt quales lachryme ꝑponderanť. ꝛ ꝑ ceteris meliores fore reputanť. Ad qđ reſpondetur ꝙ ſm ſanctū Uincentiū de valeñ. in ſermōe Alioſcꝫ. Gradus valoris lachrymarū ſic aſſignanť quo ad meritū ꝛ ꝑmiū homis. Primo ꝙ lachryme ſūt in ꝑmo gradu bone de tēporali miſeria ꝓximi vel corporali afflictiōe: puta de morte patris vel matris aut fratris vel amici. qui poteſt eē meritorius conformādo ſe diuine voluntati. ꝓſertim ſi talis dolor ē ex amore dī ꝑncipalius ꝛ recta intentiōe. Secūdo lachryme meliores ſunt ex cordiali compūctione. de quibus Pš. Exitus aquarū deduxerunt oculi mei quia nō cuſtodierūt legē tuam. Iſte dicunť meliores. quia lauant animā ad perpetuā ſalutē conſequendā. ꝛ ipi homini peccatori ſunt vtiliſſime. Tertio lachryme optime ſunt ex ſpirituali deuotione videlicet ſi qs defleuit peccata ſua iam dulciter paſſionē chriſti contemplādo deplorat ex cōpaſſione. ſicut legimus de ſancto franciſco qui iugiter chriſtū dominuꝫ crucifixū quaſi oculis ꝑn̄tē cerneret mente: lachrymabať. z Ultimo lachryme ſūt ex pietate ꝓcedentes pro animaruꝫ zelo ꝛ ſaluatiōe. Proinde Bern. ſup Cantica ſermone. xj. et. xij. dicit. Bonū eſt contritiōis vnguentū. qđ de recordatiōe peccatoꝝ conficiť: mittiturcꝫ in pedes domini (ſcꝫ ꝑ magdalenā) quia cor contrituꝫ et humiliatū deus nō deſpiciet. Longe aūt melius eſt vnguentū deuotionis factum de recordatiōe beneficiorū dei. qđ ꝛ capiti idoneū reputať de quo diciť. ſacrificiū laudis honorificabit me. Porro vtrūcꝫ vincit vnctio pietatis ꝗ̄ de reſpectu miſeriaꝝ accipiť. Hec Bern. li. originaliū. ꝛ intelligendū eſt potiſſime de aīe miſerijs periculoſis. z Exēplū de ſancto ladiſlao rege noſtro de quo legiť ꝙ peccata populi maximis ꝛ mltꝭ lachrymis plāxit adeo vt lachrymis etiā lapides duros cauaret.

Narrať etiā ꝙ dum quidā doctor ſanctus expelleret demoneꝫ de quodā obſeſſo. Demon queſiuit ꝗ̄ eſſet optima aqua ſuper om̄es aquas mūdi. Cuncꝫ doctor ille diceret de aqua benedicta ꝛ de aq̄ baptiſmi. Demon irridebat. Adhuc eſt alia aqua melior his. Unde doctor ille dixit dē aqua que ex latere chriſti fluxit in cruce. et de aqua que immiſceť vino in calice eo ꝙ tranſit in ſanguineꝫ chriſti. Demon dixit ꝙ adhuc ꝑ his aqua hominibus vtilior. ſcꝫ que fluit ſurſum a ſuo fonte. Qđ cum non intelligeret doctor ille adiurauit illū per crucifixū dicere nudam veritatē. Tūc reſpondit. aqua ſuper om̄ia optima eſt lachrymarū fluentiū de cordis fonte contriti ſurſum in oculos. Sine em̄ iſta alie paruuꝫ valent: hoc eſt ſine contritiōe vera ꝛc. Rogemus ergo dn̄m vt ꝛc.

## Feria quinta poſt dominicā ſecundam

Sermo decimuſoctau⁹ de remiſſione peccatoꝝ per contritionē. ꝛ de erroribus circa hoc refutandis.

SI quis ex mortuis ierit ad eos penitentiā agent Luc. xvj. ꝛ in euāgelio hodierno. In hoc ſacro euangelio dn̄s ieſus ponit terribilē parabolā. vel ſm aliquos narrat factam hiſtoriā de dānatiōe diuitis epulonis qui lazaro pauperi micas panis negauit. ꝛ cuꝫ eſſet poſt mortē in tormentis petiuit guttā aque ꝓ refrigerio ꝛ nō obtinuit. Item petiuit vt lazarus mitteref ad ſuos fratres quincꝫ ī hac vita vt moneret illos ad penitentiam ne dānarenť diceñ. verba iſti⁹ thematꝭ ꝑmiſſi. Si quis ex mortuis ierit ad eos penitentiā agent. Et Abraā reſpondit. Si moyſen ꝛ ꝓphetas nō audiunt: necꝫ ſi qs ex mortuis reſurrexerit credent. Et hͦ patuit de iudeis ꝑ effectū. quia lazaro reſurgenti nō crediderunt: ſed eū interficere voluerunt Joh. xij. Et nos ergo chariſſimi agamus penitentiā ne cuꝫ illo diuite dānemur ꝛ torqueamur ꝑpetuo vt dicitur in euangelio. Itacꝫ de cōtritōe adhuc tria myſteria declarabimus.

Primū de peccatoꝝ remiſſiōe.
Secundū de erroꝝ refutatiōe.
Tertiū ꝺ penitētie poſt mortē dilatōe.

A Circa primū de remiſſione peccati ꝑ contritionē querit̄. vtruʒ poſſit eſſe peccatū tam graue ⁊ totiens iteratuʒ ꝙ ꝑ contritionē nō remittat̄. Ad qꝺ poſſʒ argui ſic. quia poteſt homo maxima peccata quaſi innumerabiliter facere ⁊ iterare q̄tidie tota ſua vita vt poſſit cū Ps̄. dicere. Peccaui ſup nūerū arene marꝫ. Mirū ḡ videt̄ ꝙ ꝑ ꝯtritionē oīa ⁊ tā innūerabilia a deo dimittant̄. Sed ad hec rn̄detur ꝑ cōcluſionē ꝙ nullū poteſt eſſe peccatū tā graue ⁊ tā multipliciter iteratuʒ a pͥncipio mūdi quotidie vſqʒ ad finē q̄n ꝑ verā cōtritionēʒ homi remittat̄. Et ꝓbat̄

Primo autoritate.
Secūdo ratiōe.
Tertio exemplificatiōe.

Primo inqʒ autoritate. Ezech. xviij. Si impius egerit penitentiā ab omibꝫ peccatis ſuis que opatus eſt ⁊ cuſtodierit oīa p̄cepta mea ⁊c̄. oim iniquitatuʒ eius quas opatus eſt nō recordabor. Iteʒ Aug⁹. de ſūma trinitate ⁊ fide catholica ca. Firmiter. dicit. Si poſt ſuſceptionē baptiſmi qſqʒ plapſus fuerit ī peccatū ꝑ verā ſp penitētiā poterit reparari. Idē lib. j. retractationū ca. xviij. dicit. ꝙ nemini quātūcūqʒ peſſimo in hac vita cōſtituto eſt deſperandū ⁊ ſic patet. Secūdo ꝓbat̄ ratiōe. Nam ſm Bonauē. in. iiij. di. xiiij. Peſſimus eſt error ⁊ crudeliſſimus dicere ꝙ penitentia nō poſſit quotiēſcūqʒ reiterari ⁊ peccatuʒ tolli hoi in hac vita ꝯſtituto. q͛ claudit viſcera diuīe miſericordie. cuʒ ſic oēs peccatores cogeret deſꝑare. B Nā q̄re peccatū nō poſſit tolli quotiēſcūqʒ. Si dicas ꝙ ideo. q͛ hō nō poſſet de pctō ſuo penitere. ſicut ē in demonibꝫ ⁊ dānatis. hoc falſum ⁊ erroneū eſt. q͛ hō q̄diu viuit habet ſp flexibile liberꝝ arbitriū ſiue ad bonū ſiue ad malū. Et ḡ dicere ē ꝙ aliqꝺ pctm̄ ſit de quo q̄s in hac vita penitere non poſſit erroneū eſt. Tū quia tolleret̄ liberū arbitriū. Tum q͛ ꝑ hoc derogaret̄ efficacie ḡtie dei qua pōt moueri cor cuiuſcunqʒ peccatoris ad penitēdū. iuxta illud Prouer. xxj. Cor regis in manu dn̄i quocūqʒ voluerit vertet illud. Sic etiaʒ cor oīs hominis in manu dei. Item ſi dicas ꝙ peccatū frequentiſſime iteratū nō tollitur propterea quia etſi homo poſſit penitere. tamen deus dedignat̄ tam multotiēs iterata dimittere. Sed hoc eſt impoſſibile. q̄a ſic peccatū homis excederet dei miſericordiā infinitā qꝺ eſt impoſſibile. q͛ oīs creatura finite eſt menſure ſiue in malicia ſiue in bonitate. ſed deus infinite bonitatꝫ eſt ⁊ miſericordie. ſed finiti ad infinitū ꝓportio nulla. viij. phiſicoꝝ. ergo ⁊c̄. Iteʒ ſi dicas ꝙ peccatū eſt infinite malicie inq̄ꝫtuʒ eſt contra deū infinite bonitatis. penitentia autē hominis parui valoris eſt ⁊ finite bonitatis. ergo nō poteſt delere peccatum. Ad hoc dicendū eſt ſm Richarꝺ. in iiij. ꝙ q̄uis noſtre penitētie bonitas ſit finita. tn̄ virtus meriti paſſionis xp̄i ac ſanguinis ē infinita. q̄ ſcʒ xp̄s inq̄ꝫtū de⁹ ē bonitatꝫ ⁊ meriti infiniti. Virt⁹ etiā gr̄e ſpiritusſcti q̄ opat̄ in nobis verā penitētiaʒ ē infinita. Vn̄ Bern̄. dicit ꝙ vna gutta ſanguinis xp̄i ſufficeret ꝓ pctīs toti⁹ mundi. O ḡ pctōr aduerte magnitudinē miſicordie diuīe. pēſa xp̄i paſſionē ⁊ age penitentiā. Tertio ꝓbat̄ exēplificatōe. Nā a pͥncipio mūdi ſp de⁹ hoībꝫ oñdit ꝙ pcit penitētibꝫ. Primo in pͥntibꝫ pͥmis q̄s monuit ad penitētiā di. Adā vbi es: q. d. Cognoſce peccatū tuū vt parcā tibi ꝓut dic̄ Auguſti. Secūdo ī diluuio vbi paulatiʒ ⁊ nō ſubito ſuccreuerūt aq̄ vt hoīes interim peniterēt. Tertio in dauid et in manaſſe. in achab ⁊ iudeis ⁊c̄. Itē in nouo teſtamēto in magdalena: paulo ⁊ in latrone ſero penitēte. ⁊ aliȷ̄s innumerabilibus.

C Circa ſecundū de erroꝝ circa hoc refutatiōe ſciendū. ꝙ de peccatorum remiſſiōe ꝑ penitentiaʒ veram inter alios tres errores vt plurimū vertunt̄ inter ignaros ⁊ infideles. p̄ſertim quos accipiunt ex ſcripturis non ſane intellectis ⁊ huiuſmodi confutant̄ ꝑ ſanū intellectū.

Primus error ex veteri teſtamēto accipitur Amos. cap. j. vbi ſcribitur ſic. Hec dicit dominus ſuper tribus ſcelerib⁹ Damaſci. ⁊ ſuper quarto nō conuertam euʒ.

Ubi Lyra dicit hebrei dicūt ex hoc ſcʒ erronee. ꝙ ſi homo peccauerit bis vel ter eodē genere peccati eſt remiſſibile. ſed ſi quater peccauerit eodē genere peccati nō erit remiſſibile. ſed hoc eſt manifeſte cōtra ſcripturam. ⁊ ideo eſt erroneū vt patet de manaſſe rege qui nō ſolum quater ſed pluries peccatū idolatrie ⁊ homicidij incurrit. ⁊ tamē finaliter veniā obtinuit. iiij. Regū ⁊ ſic de pluribus alijs legiṫ. Propterea ad autoritatē illam dicit Hierony. de pe. di. j. cap. ſup tribus ſceleribus ſic. hoc poſſumus dicere ꝑmū peccatū ē cogitaſſe mala. Secūdū cogitatiōibus acquieuiſſe ꝑuerſis. Tertiū opere cōpleuiſſe. Quartuʒ poſt peccatū nō agere penitentiā ſcʒ vſqȝ in finē vite. Et de hoc quarto intelligitur dictū ꝓphete. ⁊ in eius gloſa dictū Hiero. ſcʒ ꝙ eadeʒ peccata cōmittenti ſcʒ quarto. nec penitentiā nec indulgentiā ſe daturuʒ deus denūciat. quia poſt mortē nō eſt locus penitentie. et ſic error iſte refutaṫ.

D Secundꝰ error ex euangelio accipitur: vbi chriſtus Matth. xij. dicit. Omne peccatū remitteṫ: ſed ſpūs blaſphemie nō remitteṫ hoībus. Iterū. Qui peccauerit cōtra ſpiritūſanctū nō remitteṫ ei neqȝ in h̃ ſeculo neqȝ in futuro ⁊c̄. Ex hoc errorem acceperūt multi quē ſequūtur huſcite ꝙ qui peccauerit contra chriſti deitatē vel contra ſpiritūſanctū nullo modo remittetur: ſed alia peccata remittunṫ. Pctā autē in ſpiritūſanctū ſunt ſex. ſcʒ obſtinatio: deſperatio: impugnatio agnite veritatis: ꝑſumptio: inuidentia fraterne gratie: et finalis impenitētia. Sed iſte error peſſimꝰ eſt ⁊ reprobaṫ ex ſententia oīm doctoꝝ. qr xp̄s dn̄s nō vult dicere ꝙ talia peccata ſic ſint irremiſſibilia negatiue: ita ꝙ nllo mō remittanṫ. quia etiā iſta penitenti in p̄ſenti vita remittunṫ: vt patet de paulo aplo. qui fuit blaſphemus cōtra chriſti deitatē ⁊ ꝑſecutor fidei: ⁊ tamē veniā cōſecutus ē. j. Timoth. j. ⁊ alijs pluribꝫ. Sed dicunṫ irremiſſibilia iſta peccata. quia difficilius remittunṫ q̄ȝ alia peccata: eo ꝙ obuiāt gr̃e ſpūſſancti. ⁊ ſic difficilius tales ꝯuertūtur ad penitentiā. Augꝰ aūt de ꝟbis dn̄i accipit peccata in ſpiritūſanctū ꝓ finali impenitentia que nō habet ſtatū remiſſiōis. De iſtis latius alio q̄drageſimali. Tertius error ex eodē chriſti verbo accipiṫ ꝙ ī futuro ſeculo poteſt homo penitere pctōrūqȝ mortaliū remiſſionē obtinere. iō xp̄s Matth. s̄. dicit. Neqȝ in futuro. q̄ſi. dī. ꝙ aliqua remittanṫ in futuro. ſed hoc ē̄ falſum patet arti. iij.

E Circa tertium ergo de penitētia poſt mortē queriṫ vtꝝ anime poſt mortem habere poſſint penitentialē doloreʒ vel contritionē. Ad qḋ rn̄deṫ ſm Alexan. de ales. Tho. Richard. in. iiij. diſt. xiiij. ⁊ alios videlicet ꝙ in contritione tria includunṫ. Primo dolor de peccatis ⁊ triſticia ⁊ hoc nō poteſt eſſe in beatis ꝓpter plenitudinē gaudij. ideo in eis nō eſt penitētia vel contritio. niſi actu quodā qui eſt gandere de peccatoꝝ remiſſiōe ⁊ opibus penitentie: ac deo gratias agere. Secundo ē forma ſcʒ dolorē informās gratia. ⁊ ſic aīe in purgatorio habent de peccatis penitētiā: hoc eſt dolorē gratie informatū. tamē dolor nō ē meritorius eo ꝙ nō ſunt in ſtatu merendi: ſed tm̄modo in ſtatu ſoluēdi penā ſm merita in carne. Nam ſi poſſent meritorie dolere: in tantū dolerēt ꝙ celerrime ſufficeret ad ſatiſfaciendū de culpa ⁊ pena totali ⁊ ſic ſtatim euolarent in celuʒ. Proinde patet ꝙ dolor penitētie ibi nō eſt meritorius: ſed tm̄modo ſatiſfactorius. ⁊ ſic dicit chriſtꝰ ꝙ in futuro fit remiſſio peccati ſcʒ in purgatorio ſm Grego. Tertio in contritōe eſt efficacia ſcʒ remiſſionis ꝑ dolorē gratia īformatū. Sed quia hmōī remiſſio nō poteſt eſſe in dānatis. Idō licet habeant dolorē penitentie Sap. v. penitētiā inquit ageñ. ⁊ ꝑ anguſtia gemeñ. ⁊ hoc ꝓpter penā quā ſuſtinent ꝓ peccatꝭ. nō ꝓpter culpā inq̄ʒtū eſt contra deuʒ. nec dolent amore dei vt placent ipm. ḡ penitentia ibi eſt ſine gratia ⁊ ſine fructu venie. O itaqȝ fatui ⁊ decepti tales q̄ in futurū differūt penitere ve eis. Sed ſapiētes hic penitendo vitā eternā acquirūt. Exēpluʒ habemus in fenice aue regia. de q̄ Areſtoteles li. aīaliū. et etiā beatus Amb. in exameron di. ꝙ ſine pare viuit vſqȝ ad quingentos annos quādoqȝ que auis cuʒ ſibi finē vite aduertit facit nidū ex lignis aro

maticꝫ.ſ.myrrhe ꝛ hmõi mľtū ſiccꝫ. ꝛ flā-
te vento calidiſſimo in eſtate illū intrat et
verberādo alaꝝ flatu accendit ꝛ incinera-
tur inter illa ardentia ligna. ex quo cinere
infra triduū quidā vermiculus naſcit᷑ q̄
paulatim plumas recipit creſcentib⁹ alis
ꝛ fit fenix auis noua. Spūaliter debet
ſic pctōꝛ in p̄ſenti ante finem vite in ligno
crucis chriſti ꝑ amorē ſe ſuccendere in coꝛ-
de. ꝛ in cinerē penitentie redigere. ꝛ ꝑ tri-
duū. i. tres ꝑtes vere penitētie. ſ. ꝯtritio-
nē: cōfeſſionē ꝛ ſatiſfactionē reuiuificari.
Rogemus ergo xp̄m ꝛc̃.

Feria ſexta poſt dñicā ſecundā Sermo decimusnonus de tp̄e obligatiōis ad conterendū de peccatis ꝛ deletōe reatus.

Auferetur a vobis regnum dei et dabit᷑ genti facienti fruct⁹ ei⁹ Math. xxj. ꝛ in euāgelio hodierno. Verba ſunt ſaluatoꝛis contra iudeos obduratos. ſic ꝛ ꝯtra pctōꝛes obſtinatos penitere nolentes. Nā hanc parabolā de vinea agricolis locata. Moꝛalit᷑ exponēdo Rabanus dicit. ꝙ vinea ſignificat animā bonis opibus excolendā. Serui miſſi primo ſunt lex. Secundo Ps. Tertio ꝓphetia. Heres eſt xp̄i euangeliū. Iſti cedunt᷑: eijciunt᷑: occidunt᷑ dū ſermões illoꝝ a peccatoꝛibꝫ ꝯtēnūtur. Unde a talibus vt dicit xp̄us in themate: auferet᷑ regnū dei. ꝛ vinea dabit᷑ alijs quādo dona grē et glorie que mali ꝑdiderūt dabunt᷑ vere penitentibus. ꝛ ſic patet euangeliū. Itaqꝫ ꝺ ꝯtritiōe in qua p̄cipue ꝯſiſtit fructus acquiſitionis regni dei tria myſteria notabim⁹

Primū de ꝯtritiōis tꝑalitate.
Secundū de eius virtutis poteſtate.
Tertiū de renouatiōis exēplaritate.

F Circa primū queritur vtrū homo cōmiſſo moꝛtali peccato teneat᷑ cōteri ſtatim de facto: aut quanto tp̄e poſſit differri eius ꝯtritio. Ad qꝺ reſpōdendo ſm Alexan. de ales in. iiij. pte. Itē Petrū de paluꝺ. et Angelū de Clauaſ. alioſqꝫ recolligendo ponemus tria documēta.

Primū documentū ꝙ conteri de peccato eſt de p̄cepto affirmatiuo. Generalꝭ aūt regula eſt ꝙ p̄cepta affirmatiua obligant ſemꝑ ſed nō ad ſemꝑ niſi ſolū quādo materia occurrit ꝓ loco ꝛ tp̄e. Verbi gratia. Preceptū diligendi deū vel honoꝛādi parentes obligat quidē ſemꝑ ne ꝯtrariū faciat: ſed nō obligat ad ſemꝑ actu diligendū vel honoꝛandū niſi qñ materia occurrit practice ī caſu quo deberē actu diligere deū. ſcꝫ cū ꝯſideraꝭ deus vt diligend⁹ tūc teneoꝛ diligere. ꝛ cū deberē actu exhibere honoꝛē parētibꝫ tūc teneoꝛ. Sic etiā peccatū moꝛtale cōmiſſū licet ſit ſemper deteſtandū. qꝛ ſemꝑ debꝫ diſplicere homini pctm̄. tn̄ actu conteri vel deteſtari nō tenet᷑ quis niſi ꝓ loco ꝛ tp̄e opoꝛtunis. ſ. qñ menti occurrit practice recogitādo peccata ſua tūc tenet᷑ vt nō delectet᷑ in eis: ſꝫ deteſtetur illa. G Sed qñ ſpecialiter tenet᷑ recogitare ſecundū ad id documentū ponit᷑ ꝙ recogitare pctā et ꝯteri de eis tenet᷑ hō ſpecialiter in die feſto colēdo. quia ſm Scotū in. iiij. di. xxvij. Tēpus opoꝛtunū ad ſanctificandū ꝑ penitentiā videt᷑ eē dies dñica. iuxta illꝺ p̄ceptū Exo. xx. Memēto vt diē ſabbati ſanctifices. Et idē eſt de alijs feſtis colendis ſm canoniſtas. qꝛ nimiꝝ vt Scotus ibidē dicit. Tenet᷑ homo die dñica ex debito vacare deo vel deum recognoſcere. etſi nō tota illa die ſaltē in aliqua hoꝛa illius diei. ꝛ ꝓ tūc tenet᷑ habere actū aliquē illius p̄cepti. ſ. ad diligendū deū gratuite ꝛ ad fugiendū oppoſitū ne ſcꝫ inſit actus odij: hoc eſt pctm̄ moꝛtale. aliter peccat moꝛtaliter in hoc. qꝛ nō ſanctificat feſtū. Tertiū ergo documētū ꝙ quicūqꝫ ē in moꝛtali pctō tenet᷑ conteri ſaltē die dñico vel feſto ne peccet moꝛtaliter denuo feſtum nō ſanctificādo. ꝛ ad id tenet᷑ hoꝛa opoꝛtuna. p̄ſertim cū dꝛ miſſa. Nā ꝛ ob hoc eccľia p̄cepit cuilibet audire miſſā die feſto. ꝺ ꝯſe. di. j. Miſſas. Ex his ꝗ̄ ſequit᷑ ꝙ hō exiſtens in pctō moꝛtali quotq̄t feſta ꝛ dñicas ſine ꝯtritōe trāſigit totiēs moꝛtaliter peccat. ꝛ debet cōfiteri. O ꝗ̄ xp̄iane diſce obſeruare p̄dicta.

H Circa ſecundū de virtute ꝯtritiōis ꝛ ꝑtāte querit᷑. vtrū ꝯtritio ſit tāte ꝟtutis vt poſſit tollere totū reatū pctōrū hois: Ad qꝺ rñdet᷑ ſm Rich. ꝛ Pe. de

tharañ.ſup.iiij.di.xvij. Tho.alioſq̧ ꝑ cō-cluſionē. ꝙ ſacra ꝯtritio pōt intēdi intātū ꝙ tollat totū reatū pctōꝝ. Et h̄ pōt fieri tripliciter.

Uno mō ex ꝑte charitatis.

Alio mō ex ꝑte doloris.

Tertio mō ex ꝑte frequētatiōis.

Primo mō ex ꝑte charitatis. Nā vt dr̄.j. Pet.ca.iiij. Charitas opit multitudinē pctōꝝ. Et Prouerb.x. Uniuerſa delicta opit charitas. Proinde tāta pōt eē charitas in hoīe q̄ cauſat diſplicētiā pcti ꝙ tollat totū reatuz:ita ꝙ in morte ſtatim euolat ſine igne purgatorij. Exēplū habemꝰ in magdalena de q̄ xp̄s Luc. vij.ait. Remittunꝶ ei pctā multa qm̄ dilexit multū.

Scd̄o mō ex ꝑte doloris q̄ in ſenſitiua ꝑte tātū pōt excitari ꝙ totꝰ reatꝰ pene remittaꝶ.ſicut legimꝰ de btō frāciſco ꝙ tāto dolore deplorauit pctā adoleſcētie ſue: vt ſibi dñs reuelauerit ꝙ oīa pctā ſua ſibi forent remiſſa vſq̧ ad nouiſſimū q̄drantez.

I Sed diceres. Quid ḡ de illis qui multū intēſo dolore defleuerūt pctā adeo vt credāt illa ſibi fore remiſſa totaliꝶ. nun q̄d adhuc tenenꝶ ꝯfiteri illa ⁊ penitētiā iniūctā iplere. Rñdeꝶ ſm̄ p̄dictos docto. et Rich.di.xiiij. ꝙ nihilominꝰ reqriꝶ facienda ꝯfeſſio ⁊ penitētie iniūcte ꝓ viribꝫ ipletio. Tū ꝓpter p̄ceptū ꝯfeſſiōis. Tū vt recōcilieꝶ eccl'ie. Tū ꝓpter incertitudinē. q̄a nō ē q̄s certꝰ ꝙ ſua ꝯtritio ſit ſufficiēs ad tollendū totū reatū. Tertio mō ꝯtritio pōt eē tāta ꝙ tollat totū reatum pctōꝝ ex freq̄ntatiōe. Nā tā multꝫ vicibꝫ frequēter pōt hō ſua pctā deflere ⁊ ꝯfiteri ꝙ ſatiſfac de totali reatu ſucceſſiue. Un̄ Alexan. de ales dic̄.ꝙ ſi dolere de pctīs ē bonū.ḡ frequētiꝰ dolere ē magꝫ bonū. ⁊ ſp̄ dolere eſt optimū ⁊ btm̄.iuxta illō Matth.v. Bri q̄ lugēt qm̄ ipi ꝯſolabūꝶ. Ubi glo.dicit. Luctꝰ ꝓ pctō ꝯſolationē mereꝶ. ḡ frequētiꝰ lugere maiorē ꝯſolationē mereꝶ. Exēplū de h̄ habemꝰ in petro apl'o.q̄ cōmendaꝶ in legēda de h̄ ꝙ ſcꝫ qñ culpā negationis ad gallicantū recordabaꝶ vbertim flebat ꝯſuetudinarie adeo vt facies eiꝰ tota aduſta lachrymis videbaꝶ. Un̄ in ſinu ſꝑ ſudariū portabat q̄ crebro fluētes lachrymas tergeret. O ḡ pctōꝛ fac ſimiliter.

K Circa tertium de renouationis exēplo notandū ē. ꝙ penitētialis ꝯtritio renouat hoīem vt patet ꝑ Aug.ꝫ.ð pe. di.j.§.ea ꝟo.et.c. Tres ſūt actiōes. Ubi in glo. dr̄.ꝙ penitētia de hoīe vetuſto.i.q̄ habuit ꝑus culpe vetuſtatē. facit nouum hoīez.i.grē nouitatē habentē. Et h̄ ad p̄ſens breuiꝶ ſufficiat oñdi in exēplis.

Primo exēplo canonico.

Secūdo ſimul theologico.

Tertio philoſophico.

Primo incꝑ̄ exēplo canonico. h̄ eſt ex iure canonico accepto. Nā de pe.di.j.c. Quā obrē. Textꝰ Hiero.cū glo.ponūt exēplū de nab uchodonoſor. Itē ſcd̄o idē exēplū ē etiā theologicū in li. Dan̄.iiij.ca.ꝙ nabuchodonoſor ꝑ ſupbiā elatꝰ dei iudicio mentē vel rōnis vſum ꝑdidit. ⁊ beſtijs ac feris ſociatꝰ ē fenū vt bos comedit donec capilli ⁊ vngues in ſimilitudinē aq̄larū et auiū creſcerēt. ⁊ ſic a regia dignitate eiectꝰ fuit.ſꝫ poſtea cū penituit deū ⁊ pctm̄ ſuuz recognouit.ſenſus ei denuo reſtitutꝰ eſt:figuraq̧ faciei reuerſa ē ad eū. ⁊ ſic totꝰ renouatꝰ:in regnū ⁊ regiā magnificētiā reſtitutꝰ ē ⁊ deū laudauit. Sic ſp̄ualiꝶ pctōꝛ ꝑ pniāz ⁊ grāz renouaꝶ in aīa.mēte mutata in meliꝰ ad cognitionē ſui ⁊ dei. ⁊ ð ſtatu beſtiali fit denuo dignꝰ celeſti regno:facieſq̧ eiꝰ gratioſa in baptiſmo acq̄ſita redit eidē. L Tertio oñdiꝶ exēplo philoſophico. Nā videmꝰ. ⁊ teſtaꝶ glo.ſuper Pſ̄.xlij. Ac Oroſiꝰ ſup cātica. Ceruus ſenio grauatꝰ pilis ⁊ cornibꝫ creſcētibꝫ ſerpētē naribꝫ haurit ⁊ veneno eſtuās fontē ad bibēdū ardēꝶ deſiderat.q̄ hauſto cornua ⁊ pilos deponit vetuſtos. ⁊ viſū nouū cornuaq̧ noua ⁊ pilos renouat. Itē aq̄la dū ſenio ḡuaꝶ roſtro creſcēte cibū cape nō ꝑt. ḡuaꝶ in alis.caligaꝶ oc'lis.ꝓpterea ſꝑētes comedit q̄ꝝ venena calore coq̄t iterno.deinde aſcēdit i altū.vt ex calore aerꝫ ⁊ labore volatꝰ fortiꝰ icaleſcat. ⁊ ſic poꝛis aptis ⁊ pēnis relaxatꝫ ſubito deſcēdit in fontē immutat plumas ⁊ renouaꝶ in oc'lis. roſtrū etiā ad petrā excutit. ⁊ ſic iuueneſcit vt hec dicūt recolligēdo Amb. Piniꝰ. ⁊ glo.pſ̄ ciij. Sp̄ualiꝶ pctōꝛ ḡuatꝰ vetuſtate pctōꝝ debet deuorare pcti venenū occidēdo ⁊ in.

ſe decoquēdo ignito calore verbi di τ amorꝫ diuini ꝯſumēdo. ꝗ incaleſcēs currat ad fōtē viuū. ſ. ad ſanguis xp̄i in cruce effuſiōeꝫ recordādo. cui ſe totū imergat ꝑ deuotaꝫ recogitationē īmorādo. τ roſtrū. i. on⁹ peccatoꝝ excutiat ad petrā xp̄ꝫ paſſū. τ ſic renouabit in p̄nti ꝑ grāꝫ: i oclis mētis. τ pilis vł plumis meritoꝝ ac cornib⁹ τ roſtro id ē virib⁹ aīe. Ac tādē renouabit vt aqle iuuēt⁹ in futura reſurrectiōe. Rogem⁹ ꝗ chriſtū τc̄.

¶ Sabbato poſt dn̄icā ſecūdaꝫ Sermo viceſim⁹ de ꝯtritōis mlt̄iplici vtilitate.

Pater peccaui in celū τ corā te iā nō ſuꝫ dign⁹ vocari fili⁹ tu⁹ Luc. xv. τ in euāgelio hodierno. Chariſſimi hodie nob ꝓponit exēplū penitētie in filio ꝓdigo ꝗ hec vba dixit ſuo p̄ri. Nā ꝑ hūc filiū ꝓdigū deſignat pctōr ꝗ hꝫ ꝗdē patrē. ſ. deū ꝗ ē p̄r oīm creatōe τ redēptōe. Pctōr ꝗppe tāq̄ ꝓdig⁹ ille fili⁹ elongat ab h̄ p̄re ꝑ peccatū. q: teſte Ps̄. Longe a pctōrib⁹ ſalus. Itē oīa bona ſua diſſipat viuēdo luxurioſe cū meretricib⁹ qn̄ bona corpis τ nature ac etiā fortune expēdit in p̄uas ꝯcupiſcentias carnis τ mūdi tāq̄ i meretrices. ꝗb⁹ adheret ſequēdo illas. Ideoq̄ fame ſp̄ualiū bonoꝝ egēs adheret vni ciui regiōis illi⁹: h̄ eſt diabolo cui⁹ porcos paſcit. i. vitioꝝ multitudinē fouēd n ſe Sꝫ tādē per dei grām recognoſcit ſuam miſeriā τ ſpiritualē egeſtatē dī. Quāti mercēnarij. h̄ ē ſui dei mercedē celeſtē expectan̄. in domo p̄ris mei. i. in eccl'ia dei abūdāt panib⁹ ſcꝫ grē. Surgā ꝗ. ſ. ad penitētiā faciēdā τ ibo ad p̄reꝫ. i. deū ꝑ ꝯtritiōnē ꝗ hō appropinq̄t dō. τ dicā. ſ. in ꝯfeſſiōe pctōꝝ. p̄r peccaui corā te τc̄. vt pꝫ i themate τ euangelio. Vn̄ de ꝯtritōe ꝗ pctōr recogſcit τ cōfitet peccaſſe corā deo notabim⁹ tria myſteria.

¶ Primū de ꝯtritiōis vtilitate ꝗ ad incipientes.

¶ Secundū de eiuſdē vtilitate quo ad ꝓficientes.

¶ Tertiū de ipius ſalubritate quo ad decedētes.

¶ Circa primū de vtilitate ꝯtritōis ꝗ ad incipiētes. i. ꝗ incipiūt p̄mo ad deū ꝯuerti. Notandū ꝙ talib⁹ ꝯtritio ꝯfert tres vtilitates. Primo aīam reuiuificat. Scđo culpā expiat. Tertio cōſcientiā rectificat. Pria vtilitas ē aīe reuiuificatio. Hāc oſtēdo p̄mo autoritate tā veteris q̄ etiā noui teſtamēti. Nā Ezech. xviij dicit dn̄s. Si impi⁹ egerit penitētiā ab oīb⁹ pctīs ſuis vita viuet τc̄. Deniq̄ Joh. v. xp̄s ait. Amē amē dico vob qr venit hora τ nūc ē qn̄ mortui. ſ. pctīs audiēt vocē filij dei. τ qui audierint viuēt. ſ. in aīa que nūc viuit ꝑ grām. Scđo rōne. q: in ꝯtritiōe infundit grā ſp̄uſſcti ꝗ viuificat aīam Ro. vj. Stipēdia pctī mors. grā aūt dī vita eterna. et h̄ clari⁹ declarat. Si ei q̄ras q̄liter morit vel viuificat aīa. Rn̄det Auguſti. de pe. dī. j. §. Si anteq̄. et ſuꝑ Ps̄. lxij. dī. Deus eſt vita aīe. τ aīa eſt vita corporis. Sicut corpus viuere nō pōt niſi p̄ſente anima: ita nō niſi deo p̄ſente aīa viuere valet. Hec ibi. Sed quia ꝑ ꝯtritionē de⁹ eſt p̄ſentialiter inhabitās animaꝫ. Eſa. lvij. Hec dicit dn̄s i ſancto habitās τ cū ꝯtrito τ hūili ſp̄ū vt viuificet cor ꝯtritoꝝ. Ecce ꝗ patet. Tertio oſtēdo exemplificatione in ꝑabola hui⁹ euangelij vbi xp̄s de filio ꝓdigo dicit. Mortu⁹ erat. ſcꝫ pctō et reuixit. ſ. ꝑ penitētiā. Itē ꝑ exēplo philoſophico ad idē exprimur ꝙ cor hūanū ē p̄mū viuēs τ vltimū moriēs ꝫ ph̄m li. ō vita τ morte. q̄uis aūt oīa mēbra hominis emortua videant. tn̄ ſi aīa p̄ſens ē in corde hō adhuc viuit τ pōt totū corp⁹ reuiuificari. ſec⁹ ſi aīa e corde egreſſa ē. Sic ſp̄ualit q̄diu grā ꝯtritōis manet in aīa viuit. ſꝫ ſepata vel deficiēte ipa grā morit. O ꝗ hō obſua hec. ¶ Scđa vtilitas eſt pctōrū oīm expiatio. Si ei q̄rat q̄liter et ꝑ ꝗd tollit τ totaliter expiat culpa τ ei⁹ pena debita. an per ſolā internā contritionē: an per actū exterioreꝫ. Reſpondet ꝫm Richarđ. in. iiij. di. xiiij. arti. vij. q. ij. ꝙ per actum interiorē. Nam actus exterior non acceptat niſi ꝓpter actū interiorē. Nā glo. ſuper Gen̄. iiij. vbi dicitur. Reſpexit dominus ad abel τ ad munera eius dic̄. Deus attendit offerentis mentem non oblationem que placet ex mundicia offerentꝫ.

Cū aūt ꝑ actū exteriorē penitētie poſſit remitti tota pena pctō debita. multo forti⁹ hoc pōt fieri ꝑ ſolū actū penitētie interiorē. q̄ tantū pōt intēdi ꝙ expiat culpā ⁊ etiā penā purgatorij. Hec Richard. Tertia vtilitas eſt ꝯſcientie rectificatio ⁊ ſanatio. Quero nāq quō rectificari pōt cōſcientia in hoīe. Audi qd̄ reſpōdet Hugo d̄ ſancto vict. et ꝯſimiliter Bern̄. di. Puni p̄terita pctā fuge futura. et ſi pctm̄ ſentis: nō ꝯſentias. ⁊ ſic erit pura ⁊ bona ꝯſcientia. Exemplū ad hec. Si vis ſcabies manuū ſanare aqua ſalſa calida ſepe laua et ꝯfert. Et ſi vis carnes ꝯſeruare a fetore ⁊ putredine: ſale condi. Itē medicina amara plus ꝯfert expurgationi q̄ dulcis ſm̄ Conſtant. patet in pillis. Sic ſalſa aqua lachrymaꝝ vere ꝯtritōis multū ꝯfert aīe purgatiōi: ſanitati ⁊ ꝯſeruatōi.

orum. Propter quod vnūquodqȝ tale ꝛ ip
ſum magis. D Tercia ratio ꝑmiſ-
ſionis. quia minora mala permittunť pro
pter maiora euitanda. Iuxta illud Phi-
loſophi in Topicis: Inter duo mala mi-
nus malum eſt eligendum. Sed in reme-
dium peccati ſuperbie ſepe videmus ꝙ de
us permittit hominem ruere in peccata a-
lia turpia. Quia vt beatus Gregorius i
moralibus dicit. Deus permittit etiam
ſpirituales viros cadere in luxuriam vt re
cognoſcant ipi ſuam ſuperbiam. et ſic hūi
lientur. Ergo ſequitur ꝙ ſupbia grauis ē.

Exemplū in vitaſpatrū de quodam tante ſanctitatis vt quotidie paſcereẗ ab angelo. Cūq; ſupbire cepiſſet in ſe ita fuit deuictus a ſtimulo carnis ꝙ ad ſeculum fugere cepit ꝓ perficienda luxuria. ſed in via apud duos germanos religioſos hoſpitatus dum ad eorum inſtantiā eos inſtrueret in ſe reuerſus penitentiā egit. Quarta ratio animatōis. ſcꝫ demonis. Nam diabolus in nullo ſic proſterniẗ ſicut in hūilitate. ita in nullo plus animaẗ et ꝯfidit vincere hominē q̄ꝫ in ſupbia prout dicit Auguſtinus li. de penitētia. Unde legiẗ etiaꝫ Exemplū i ſpeculo exē. di. vj. exēplo. xxviij ex Ceſarij dialogo ꝙ cū q̇dā magne opinionis monachus virgo corpe vellet a q̇daꝫ obſeſſo demonē eijcere: demon reſpondit Iſtiūs nō timeo caſtitatē nec opera ſupbꝰ eſt eīn. ergo ⁊c̄. O ergo chariſſimi. o vere xp̄iani diſcite deteſtari ſupbiā.

E Circa ſecundum de ſpeciebus ſupbie Notandū ꝙ ſm̄ Grego. xxxij. moral. quem ſequunẗ doctores ſupbia habet quatuor ſpecies in quibꝰ eſt pct̄m mortale ſm̄ genus quādo fit ſm̄ deliberatōeꝫ ratōis vt dictat Anthonina vbi ſupra. alioquin ſi nō fiat deliberate venialis eſt ſupbia. Nam qn̄ homo nō vult ſubijci deo et regulis eius deliberato animo mortale eſt vt patet ex p̄dictis. alias motus ſupbie dū eis ratio nō conſentit deliberate veniales ſunt. Species aūt ſupbie a Gregorio enumerantur ⁊ ſunt cōfitende. Prima ſpecies cum quis extimat bonū quod habet a ſeipō habere. Hoc declaraẗ ſic a doctoribꝰ ⁊ in angelica ſumma atq; Anthonina: ꝙ ex quo recta fides tenet ꝙ om̄ia bona ſūt a deo autore Iaco. j. Omne datū optimū ⁊ omne donū pfectū deſurſum eſt deſcendens ⁊c̄. aliud tenere īfidelitatis eſſet. Sꝫ ꝙ aliquis ꝓpter inordinatū appetitū ꝓprie excellentie ita glorietur de ſuis bonis acſi ea a ſeipō haberet hoc ptinet ad ſupbiam vt quādo quis bonuꝫ naturale. ſ. ingeniū fortitudinē pulchritudinē ⁊ hmōi. vel temporale vt diuitias potētias honores dignitates et hmōi. vel etiaꝫ ſpirituale vt ſapientiā p̄dicationē ꝓphetiā grām ⁊ huiuſmodi ſibi attribuit quaſi a ſe haberet non a deo: hoc eſt ſupbia. ſicut fecit Antiochꝰ qui a ſe extimauit non a deo ꝙ poteſtatem haberet in iudeos. Sic multi ex ſuperbia elati ſunt intantū ꝙ extimant ſe habere diuitias dignitates ⁊ huiuſmodi ex ſua induſtria nō a deo. Similiter ꝙ ſapiētes ſunt: vel bene p̄dicant vel ꝓphetant ⁊ hmōi.

Secunda ſpecies ſupbie eſt cum q̇s bonum quod habet aſſcribit a deo ſuis proprijs meritis obtinuiſſe vel obtinere. Un̄ ſupbus extimat ꝙ meritis ſuis bona que habet a deo acquiſierit. ſ. diuitias et alia p̄dicta. Et ſupbo videẗ ꝙ deus ſit ſibi obligatus. cōtra illud ad Tytū. iij. Nō ex operibus iuſticie que fecimus nos ſed ſm̄ miſericordiā ſuā ſaluos nos fec. Tercia ſpēs cum quis iactat ſe habere bonū quod nō habꝫ vel apud ſe exiſtimat. aut plus habere q̄ꝫ habeat in veritate. vt prudentiā magnam in agendis. vel induſtriā aut ingenium aptiſſimū vel ſcientiā. vel ſe ſanctiorem putat ꝓpter bona opa. Quarta ſpecies eſt cum deſpectis ceteris ſingulariter vult videri. ſcꝫ tanq̄ꝫ melior p̄ alijs. ſic̄ ſcribitur Lu. xviij. de phariſeo dicēte. Nō ſuꝫ ſicut ceteri hominū ⁊c̄.

F Circa terciū d̄ vicijs que naſcunẗ ex germine ſupbie tāq̄ꝫ ex radice nota ꝙ q̄ꝫuis generaliter ex ſupbia habeant oriri om̄ia vicia. vt dicit Gre. Propterea Caſſiod̄. ſup pſal. xviij. ait. Superbia ex angelo diabolū fecit ⁊ homini mortem intulit. omniū maloꝝ mater. ſcelerū fons. vena nequicie. Hec ille. Tamen ſpecialiẗ ex ſupbia naſcunẗ filie crimīnoſe. vt patet ꝑ doctores. Prima eſt ſeculi ambitio. Secūda vana gloria. Tercia p̄ſumptio. Quarta exceſſus curioſitatis. Quinta rixoſa cōtentio. Sexta beneficioꝝ igratitudo. Septima irriſio. Octaua alioꝝ temerarium iudiciū. de quibus confitendū eſt Et ideo alibi de certis earū vt videbiẗ neceſſe populo tractabimus. Hec ad p̄ſens ſufficiāt Et ꝑ finali concludamus ꝙ om̄is hō diligenter debꝫ cauere ſupbiam in ſingul' ſpeciebus ⁊ filiabus. quia deus ſemp deſtruxit ⁊ confudit ſupbos. Unde beata virgo dicit Luce. ij. Depoſuit potentes de ſede ⁊ exaltauit humiles. Item legiẗ exēplū

etiam in Anthoñ. vbi. s. ꝙ dū quidaꝫ do‐ ctor magnus legeret epl'as Pauli. et ex ſu‐ perbia dixiſſet ꝙ melius itelligeret ꝙ̄ ipe Paulus apoſtol⁹. ſtatim deus eum ſic pu‐ niuit ꝙ oblitus eſt penitus omnis ſcietie ita vt nec litteram cognoſceret. Rogem⁹ ergo chriſtum ꝛc̄.

Feria q̄rta poſt dominicā ſcđam. Ser‐ mo. xvij. de ambitione q̄ naſcit̄ ex ſupbia.

Qui voluerit inter vos primus eſſe. erit veſter ſerū⁹. Matth. xx. et in euāgelio hodierno. verba ſunt ſaluatoris noſtri. in quibus reprehendit ꝛ cōfutauit ac fugiendū docuit ambitionis vitiuꝫ pe‐ riculoſum. Cum enim chriſtus predixiſſet ſuam paſſionem ꝛ reſurrectionem putañ. illico chriſtum in mundo regnaturū mun‐ dialiter. filij zebedei iohes ꝛ iacob queſie‐ runt per matris interceſſionē habere pri‐ matuꝫ ſup ceteros in regno chriſti vt vn⁹ ad dexteram ſederet alius ad ſiniſtram. ſa‐ piebant enī adhuc aliquid terrenum atꝗ carnale. et de hoc alij etiā diſcipuli adhuc carnales indignati fuerūt. propterea chri‐ ſtus dominus humilitatꝭ magiſter redar‐ guit tam illos duos di. Neſcitis quid pe‐ tatis. et omnes alios vt ambitionem p̄ſi‐ dentie et honoris euitarēt admonuit. pa‐ tet in euangelio. Itaꝗ de ambitionis vi‐ tio ꝓpter qđ multi periclitantur tria my‐ ſteria in hoc ſermone declarabimus.

Primū de culpabili offenſione.
Scđm de mortali grauatione.
Tertiū de eius mali abomiuatiōe.

H Circa primū de offenſiōe cul‐ pabili ambitiōis Querit̄ vnde ambitio reputatur offendere deum culpabiliter et grauiter. cum enī honor ſit premium vir‐ tutis. iiij. ethicorū. ergo ſaltem virtuoſus poteſt licite ambire honores. quia q̄libet licite poteſt appetere illđ qđ ſibi debetur ꝑ premio. mirum eſt ergo ꝙ ꝓbo viro nō liceat honorem appetere: cum etiaꝫ vt idē phus. vj. thopicoꝝ dicit ꝙ omnes homi‐ nes honoreꝫ appetūt. Sed ad hec reſpon‐ detur ſm fratrem Angelū in ſūma ꝙ ſcꝫ honor bene poteſt licite appeti quādo nō ꝓpter ſeip̄m homo appetit honorē ſed ad gloriam ꝛ laudem dei. vel ꝓpter ſalutē ani‐ marum. ꝛ ſic ſoluitur obiectio. al's autem appetere ſemꝑ eſt peccatum ꝓpter inordi‐ nationem. Vñ ſm Alex. ij. parte ſūme. ꝛ Tho. ij. ij. q. cxxxj. ambitio diffinitur ſic. Eſt inordinat⁹ appetitus honoris vel po‐ tentie vel dignitatis. Et quia inordinat⁹ appetit⁹ opponit̄ ordinato. ergo ambitio pctm̄ eſt. et hoc declarat̄ ex triplici rōne.

Prima ratio originationis.
Scđa ꝯtrariationis.
Tertia inordinationis.

Prima ratio originis. quia a peſſima radice ꝓpagatur. Nā Aug⁹ li. de vera reli‐ gione dicit: ꝙ ambitio ꝓcedit ex ſuperbia ꝛ cupiditate. que ſunt grauia peccata. ſed quia om̄is arbor mala fructus malos fa‐ cit Matth. vij. ergo ſicut fructus eſt infe‐ ctus qui ex infecta radice vel arbore gene‐ ratur. ita ꝛ actus humanus qui ꝓcedit ex peccato oportet ꝙ ſit peccatum. hec Alex.

Secunda ratio ꝯtrariationis. quia ge‐ neralis regula eſt ꝙ om̄e illud eſt peccatuꝫ mortale qđ contrariatur directe charitati dei vel ꝓximi vt patuit ſermone dñice. ſed ambitio eſt huiuſmodi. vnde. j. Corꝭ. xiij Charitas nō eſt ambitioſa. vbi glo. dicit id eſt non vult alijs p̄poni. charitas enim diligit ꝓximuꝫ ſicut ſeip̄m. ꝛ ideo nō vult proximum ſubijcere ſibi ſꝫ ſocium eſſe. imo appetit ſeruire ꝓximo ꝛ non ſibi ſeruiri. ſi‐ cut filius hominis non venit miniſtrari ſꝫ miniſtrare. Deniꝗ ambitioſus facit etiā deo iniuriam contra charitatē dum vult dignitatem vel honorem aut p̄ſidentiam ab homine. quia ſicut iniuriam faceret re‐ gi qui ſine regꝭ conſenſu ab aliquo vellet p̄fici in regno vt eſſet loco regis. ſic q̄ dig‐ nitateꝫ querit ab aliq̄ alio ꝙ̄ a deo Heb. v. Nec quiſꝗ̄ ſibi ſumat honorem ſed qui vocatur a deo. H Tertia ratio inor‐ dinationis. quia ſm Tho. vbi ſup. honor ordināte debet exhiberi pro reuerentia ex‐ cellentie virtutis vel dignitatis hominis hoc autem ꝙ homo excellit alium hoiem non habet homo a ſeipo. ſed eſt quoddaꝫ diuinum in eo donum a deo datum ſibi.

ideo q ex hoc non debetur ſibi principaliter honor. ſed deo cuius eſt ⁊ a quo. Item hoc q homo excellit datur a deo homini ꝓpterea vt alijs ꝓſit. ꝓpterea non ordinate appetit homo honorem vel preſidentiam niſi appetat ꝓpter deū ei deſervieñ. vel utilitatem aliorum. et quia ambitioſus inordinate appetit. quia nō propter premiſſa. ideo ambitio peccatum eſt. ⁊ eo ipſo quo appetit ſe indignū honori reddit vel preſidentie. quia eo ipſo vitioſus eſt ⁊ prauus qui non eſt dignus honore. iiij. ethicorū. Exemplum ſm Berñ. de vmbra que inſequentē fugit. ⁊ fugientē ſequitur. Proinde. j. q. j. ca. ꝑncipatus dic̄. q ambitioſus ad ꝑlationē etiā ſi ſanct⁹ ſit reprobat.

I Circa ſecundū de mortali grauatiōe queritur Utrum ambitio ſemper grauat hominem mortaliter. Respondet ſm Anthoñ. ij. parte ti. iij. ca. v. et etiā in Angelica. q non ſemꝑ ſed appetitus honoris vel ꝑſidentie vel potentie inordinatus poteſt eſſe tripliciter. ⁊ ſic grauare pōt mortaliter. Primo quando appetit honorem de excellentia quā non habet qd ē appetere honorem ſupra ſuam ꝓportionē vt ſi malus vult honorari tanq̄ bon⁹ vel ac ſi eſſet ſanctus ⁊ tamen nil curat de virtute. vel ſi deſideret regimen ⁊ ꝑſidentiā que non debetur niſi virtuoſis. vt eſt prelatio eccleſiaſtica. Unde ꝑ generali regula tenendum eſt ſm Angelicā. q quicūq appetit aliqd beneficium eccleſiaſticū vel etiam officium ſeculare aut principatum ſciens ſe indignum ad illud ratione criminis vl ignorātie ⁊ huiuſmodi. peccat mortaliter. ⁊ ratio. quia deliberate vult quod lex ꝓhibet. di. lxj. miramur et alibi. Secundo quando appetit honorem per illicita media vel periculoſa. puta quādo quis appetit plura beneficia eccleſiaſtica extra caſum licitum mortale eſt. patet extra de prebendis ar. ca. quia intantū. Item ſi etiā licitum tamē ſimoniace vult acquirere. ſimiliter ſi appetit tale officium ſeculare qd eſt periculoſum. vt ſūt thelonia iniuſta vel exactiōes ⁊ officia vſuraria ⁊ huiuſmodi. Tertio quando appetit fine illicito ſcꝫ quia in ipſo honore conſtituit finem nō referens ad honorem dei vel vtilitatē aliorum. Unde ſi quis appetit dignitatem q̄ habet curam animarum vel etiam aliud beneficium principaliter ꝓpter honorē, videtur mortale. ſimiliter ſi appetit officiū ſeculare ꝑncipaliter ꝓpter honorē vel principatum. paratus quodcūq mortale cōmittere ꝑ conſequēda tali potentia vl honorificentia mortale peccatum eſt. ⁊ ſic patet. ſed magnanimitas virtuoſa tendit ad honores ordinate. cū quis virtuoſos act⁹ ꝓſequitur intendens principaliter ex illis honorare deum vel ſeruire deo. ⁊ prodeſſe ꝓximis. lꝫ ex conſequenti ſibi ꝓueniat honor de quo gaudet ⁊ ꝯtētatur. Ex iſtis patet quomodo ambitio ꝯfitenda ſit.

K Circa tertium de abominatione Notādum q ambitiōis vitiū abominandum eſt ⁊ fugiendū ꝓpter tria.

Primo q multa crimina inducit.
Scdo q quietē mentis tollit.
Tertio q oīs iuſtus illud fugit.

Primo inq̄. quia multa crimina inducit. Nam Anthoñ. vbi ſup. allegat quēdā ꝓhm dicentem ſic. Hoc maximū malum habet ambitioſus quia non reſpicit deū vel ſe vel alios. ſed per fas ⁊ nefas ⁊ ꝑ mille pericula ad dignitatem tendit quā appetit. mentitur. adulat. humilitatem ſimulat. nulli parcit etiam ſuorū vt ſolus regnet. nam ꝓpter hoc Romulus occidit fratrem Remulū vt ſolus regnaret. Similiter Athila occidit fratrem ſuū Budā q̄ ciuitatem ſuo nomine budā nominauit. Item Julius ceſar plurima bella geſſit cōtra Pompeiū multis occiſis. vt ſibi imperium vſurparet. Item magnus Alexāder ex ambitiōe mlta bella fecit. preterea Abſalon patrē ꝓprium dauid de regno eijcere voluit. vxoreſq illi⁹ publice cognouit ⁊ male ipſe in quercu pendens occubuit. ij. Reg. xviij. Itē Athalia vt ſola regnaret omnes filios regis occidi fecit ꝑter Joas abſconditū. iiij. Reg. xj. O quis poſſit enumerare quāta mala fecit ambitio. Secundo quia mētis quietem tollit. Unde Berñ. li. iij. de ꝯſideratione ad Eugenium dicit. O ambitio ambiētium crux

quomodo omnes torques. ⁊ omnib⁹ pla
ces. Nil acrius cruciat. nil moleſti⁹ inquie
tat. et nil apud miſeros mortales celebri⁹
negocijs eius. hec Bern̄. ꝓpterea fugien-
da eſt ambitio. Tertio quia om̄is iuſt⁹
illud fugit. patet hoc pᵐo in domino ie-
ſu qui fugit cum eum vellent facere regeꝫ
Joh. vj. Iteꝫ moyſes cum dominus vel-
let eum mittere vt eſſet dux populi iſrael
excuſauit ſe. Exo. iiij. Et Hieremias cuꝫ
mitteretur ad annunciandū ſuper regna ⁊
reges Rn̄dit. a a a domine deus neſcio lo
qui. Hiere. j. Item Marcus euāgeliſta
pollicem amputauit ſibi vt ſacerdotio re-
probus haberet. Et Greg⁹ magn⁹ fugit
cum in papam acclamaret. ſic innumera-
biles iuſti ambitioneꝫ deteſtati ſunt. Ro-
gemus ergo dominum ieſum ⁊c̄.

Feria quinta poſt dominicam ſecūdā.
Sermo. xviij. de vana gloria pompaꝝ va
riarū. ⁊ p̄ſertim in ornatu.

Homo qui-
dam erat diues et induebat
purpura et byſſo. Luc. xvj.
⁊ in euāgelio hodierno. Verba ſūt domi
ni ieſu. qui in hoc diuite plurima vitia in-
ſinuat ꝓpter que damnatus eſt. naꝫ pᵐo
inſinuat ꝙ erat valde ſuperbus pompo-
ſus ⁊ vanglorioſus in hoc ꝙ dicit. quia i-
duebatur purpura ſcilicet ad pompā glo-
rie ſue. Secūdo ꝙ erat carnalis ⁊ delicio
ſus in hoc ꝙ dicit. Et byſſo indutum pro
delitijs carnis. Tertio ꝙ erat guloſus. q꞉
epulabatur inquit ſplendide. Quarto ꝙ
peccatis lingue erat plenus. ſcilicet mēda
cijs iactantijs falſidicis. detractionib꞉ p-
iurijs ⁊ huiuſmodi. ideo dicit chriſtus ꝙ i
lingua cruciabatur acrius in qua refrige-
rari petebat. vt hoc dicat Bern̄. Deniqꝫ
quinto ꝙ erat immiſericors pauperibus.
quia Lazaro mēdico nec micas dabat.
vt hec patent in euangelio. Ex quo auteꝫ
diues iſte damnatus iter alia vitia deno-
tatur de pompa vane glorie in veſtiuꝫ or
natu. de hoc tria myſteria in hoc ſermone
declarabimus.

Primo de deteſtabilitate.
Scd̄o de mortalitate.
Tertio de varietate.

I Circa primuꝫ de deteſtabili-
tate pomparum in veſtibus et ornatu vel
apparatu Notandum ꝙ plures ſunt con
ſiderationes que corda hominum retra-
hunt ab affectione pompe et huiuſmodi
vane glorie i veſtibus vl' ornatu ⁊ deteſta
ri faciunt. ſicut hortatur etiam ſcriptura
Ecci. xj. In veſtitu ne glorieris vnq̄. nec
in die honoris tui extollaris ſcilicet in ſu-
perbiam pompoſam. et hoc pro alio the-
mate. Prima cōſideratio eſt primordia
lis oſtenſio. quia deus cum hominē crea-
uit precioſam animam eius ad imagineꝫ
ſuam factam ſub vili carnis ſacco abſcon
dit ad oſtendēdum ꝙ corpus noſtrum vi-
le non debet precioſum tegumētum habe
re. deniqꝫ deus quando eiecit primos pa-
rentes de paradiſo non fecit eis tunicas
ſericas ſed pelliceas ꝺ pellibus ſcilicet ani
malium Gen̄. iij. vt cognoſcerent ſe ſimi-
les beſtijs effectos. ⁊ viliter induēdos ad
tegendum nuditatem ⁊ frigus arcenduꝫ.
Sed vnde adinuēte ſūt tot precioſe ve
ſtes modo Reſpōdet Anthon̄. flor̄. pte. ij
ti. iiij. ca. v. ꝙ adinuenit preſumptio noui-
tatum que eſt filia vane glorie et vanitas
hominuꝫ que prius pannos laneos ex la-
na ouium confecit. Poſtea ſecundo line-
os i molliciem carnis ex corticibus herba
rum adiunxit contexendo. his non contē-
ta Tertio ſuperinduxit ſerica ex ſtercori-
bus vermiuꝫ. Quarto adiunxit varia ex
pellibus muriū ſcilicet hermellinis ſabel-
linis vulpinis. ⁊ huiuſmodi precioſis. po-
ſtremo addidit gemmas aurum ⁊ argen-
tum ex vanitate. ſed timendum eſt ꝙ i in-
ferno cū reprobis dicant tales illꝺ Sap.
v. Ve nobis quid ꝓfuit nobis ſuperbia
aut diuitiarum iactantia quid cōtulit no-
bis. M Secunda eſt verecundialis
confuſio. quia ſm̄ veritatem homo debe-
ret potius verecūdari ⁊ erubeſcere de ve-
ſte q̄ gloriari. q꞉ veſtꝫ ē ſignū pc̄ti parētuꝫ
nroꝝ ꝓpt̄ qꝺ itroduct⁹ ē vſus veſtiū. Vn̄
Bern̄. Qui gl'iatur de veſte ſilis eſt furi
gl'ianti ꝺ cauterio vl' auriū abſciſiōe. Itē

Guilhel. in ſūma vitiorū dicit. Sicut ad
gloriam loripedi non cedit ꝙ pedem ligne
um habet. etiam ſi ip̄m pedem ligneū de//
pingeret vel deauraret. cum ſit remediū
infirmitatis. ſic non eſt ad veram gloriā
ornatus veſtium ſed ad ꝯfuſionem homi//
nis. quia ſignum eſt ꝙ homo habet ex pec
cato turpitudinis erubeſcentiā. Geñ. iij.

Tertia ē diuinalis dehonoratio. quia
per hoc ꝙ ſi homo ſe ornat. oſtendit quaſi
deus non ſatis bene ⁊ pulchre fecerit ho//
minem. ⁊ ſic iniuriam facit deo. ideo In//
nocentius de vilitate caplo. lxv. dicit. Ar
tificialis ſpecies homini dum ſupducitur
ſiue in fucatione ſiue in veſte hominis ar//
tificium artem ſupare contēdit creatoris.

¶ Quarta cōſideratio eſt irrationalis
infatuatio. Nam fatuitas ornandi ſe oſtē//
ditur ex multis. Primo qꝛ animam pre
cioſiſſimam ornare non curant. ⁊ tamē vi//
lem ſaccum ſtercorum ſcȝ corpus magnis
expenſis ornant vt aliorū oculos in aſpe//
ctibus ſtercorum taliū paſcant. a quib⁹
ſcȝ ſtercorib⁹ corporū nil aliud ꝙ̄ vermes
⁊ ſerpentes hereditabūt Unde Guilhel.
in ſūma. allegat ꝙ quidam ph̄us cuidam
militi turpia verba ꝓferenti ait. aut veſtes
aureas depone. aut teip̄m mundicie tua//
rum veſtium conforma. Ali⁹ quoqȝ dixit.
Ualde mirabile eſt ꝙ homines maiores
habent oculos ꝙ̄ ventrem et ora. quia ꝓ
oculo ſcȝ vt videantur glorioſi in veſtibus
multas expenſas perdunt. ſed ꝓ ore fame
lico et ventre ac anima minus curant.

Secūdo fatui ſūt tales vt Seneca. iiij
epiſtola ad Lucill. dicit. Quemadmodū
ſtultus eſt qui equū empturus non ipſū
aſpicit. ſed ſtratum ⁊ frenos. ſic ſtultiſſim⁹
eſt qui hominē ex veſte exiſtimat ⁊c̄. ſic ē i
ꝓpoſito. Tertio quia ſtultus eſſet quis
ad mortem damnatus qui cū duceretur
ad ſuſpendium potius cogitaret de orna//
tu vt ſericis funibus ſuſpendatur ꝙ̄ quo//
modo animam a morte tali liberaret. ſic
in ꝓpoſito. quia vt Aug⁹ dicit. Nil aliud
ē tempus p̄ſentis vite ꝙ̄ quidā curſus ad
mortē. O ergo demētia ſūma vane gl'e.

Quinta ꝯſideratio eſt ruinalis occaſio
quia ornatus vanus multos ad laſciuiā
ꝓuocat ⁊ occaſionē prebet ruine animarū
Unde cōſideret homo ꝙ vt Greg⁹ dicit.
tot mortibus dignus eſt et tot penis in//
ferni. quot animabus prebet ruine occaſi
onem. extra de iniurijs et dāno dato. ca.
Si culpa. Qui occaſionē damni dat. dā//
num dediſſe videtur. et talis fortius dam
natur ꝙ̄ occaſionē corporalis mortis da//
ret. Exemplū narrat Anthoñ. vbi ſup
de quadā comitiſſa que lȝ erat liberalis
ad om̄es pauperes ⁊ orationibus dedita
ſed in ornatu vana. et poſt mortem appa//
ruit cuidam deuote mulieri ſibi familiari
habens caput plenum ſerpentib⁹ mordē//
tib⁹. ⁊ dixit ſe dānatā ꝓpt' ornatū capitis.

¶ Circa ſecundum principale
de mortali culpa queritur in quibus caſi
bus ſit licitus viri vel mulieris ornatus.
ac etiam aliorum ſcȝ domorū ⁊ ſuppellecti
lium cultus. ⁊ in quibus illicitus. Reſpō
detur ſc̄m fratrē Angelum de clauaſ. i ſū
ma ⁊ doct. ꝙ ad hoc vt ſit licitus requirūt'
p̄cipua ſex. Primo recta intentio. naȝ ſi
fiat ꝓpter libidinem. indubitāter eſt mor//
tale. et ſi ꝓpter ſuperbiam vel aliam cauſā
que eſt peccatū. tale erit quale peccatū in//
tendit. Naȝ fingere pulchritudinē non li//
cet. ſȝ occultare turpitudinem licitū eſt ni//
ſi talis occultatio fieret intentione praua.
Unde ꝓpter cauſam rationabileȝ etiā fu//
care moderate licet. vt quādo per hoc ali
qua turpitudo in facie non naturalis. ſed
ex aliqua egritudine accidens occultatur
ſicut dicit Tho. ij. ij. q. clxix. et i Anthoñ.
⁊ p̄ſertim vt coniuges ſibi mutuo placeāt
ſcȝ vir vxori ⁊ ecōuerſo. Item cum mulier
innupta ornat ſe vt placeat alicui accipe//
re eā in vxorē non eſt peccatū. et ſimiliter
cum quis ſe ornat vt nō ſit in cōtemptum
honeſtis perſonis. ſed fucis vti vix fit ſine
peccato ſc̄m Alexā. ideo tutius eſt cauere
vt in Angelica. Secūdo requiritur ho
neſtatis obſeruatio. vnde quando aliqui
veſtimenta breuia portant ſic ꝙ turpia vi
rilia apparent. vel in mulieribus pectus ⁊
mamille videntur. tales non excuſantur a
mortali quando notabiliter excedūt: niſi
aliqua ex neceſſitate hoc facerēt aliqui. vl'
intra domum ſuam coram ꝓpria coniuge
quis faceret. hec latius in Angelica.

Tertio requiritur perſone conueniẽtia ⁊ conditio. nam alium habitum debet habere religioſus. alium clericus. et ſimiliter alium vir alium mulier. vñ quãdo ſine legitima cauſa mulier ornaret ſe veſte virili vel vir veſte muliebri peccaret mortaliter vt patet ibidẽ ſecus ſi cauſa legitima.

Quarto requiritur moderatio. nam in ſuperfluitate notabiliter exceſſiua tam quo ad multitudinem et diuerſitatem quam quo ad precioſitatem ⁊ curioſitatem peccatũ eſt mortale vt cõmuniter volunt doctores. et iſte exceſſus conſiderari debet ſm Alexã. ij. ij. ſm cõſuetudinem ⁊ morem patrie vel terre illius. et ſm nobilitatem perſone. et dignitatem offitij. ita tamen in omnibus intelligeñ. ꝙ aſſit intentio ſãcta. Quinto vt euitetur nimia ſollicitatio ⁊ ſcandaliſatio. naz ſi quis nimis ſollicitus eſt circa ornatum ⁊ pompã vt ꝓpter hoc dimittat neceſſaria ad ſalutem. vel non curet ꝙ euitetur ſcandalum ruine in concupiſcentiaz mortale eſt. Sexto vt nouitatis caueatur adinuẽtio que ſcz laſciuiã eſſet ꝓuocatiua hec etiam Anthoñ. in ꝯfeſſionali.

¶ Circa tertiuz de varietate põparum. Notanduz ſm Anthoñ. ij. parte vbi ſup. Multi ſunt ⁊ varij modi peccandi in pompis ⁊ ornatibus. Nã primo aliqui gloriantur in veſtimentis et fuca pulchritudinis vt dictum eſt. Secũdo alij in equis ⁊ equitaturis ⁊ apparatu in illis. ſz aduertant ꝙ angel9 domini de hoc redarguit heraclium imperatorẽ cuz crucẽ chriſti portaret in hieruſalem ⁊ portas clauſit ac humilitatem chriſti ſuper aſinam ſedẽtis in exemplum ꝓpoſuit. Tertio alij gloriantur in conuiuijs ⁊ vaſis aureis ⁊ huiuſmodi. ſed aduertãt ꝙ diues epulo ſplẽdide epulans damnatus eſt. Quarto alij in edificijs ⁊ palacijs. ſed aduertant maledictionem dei. Hiere. xxij. Ve qui dicit edificabo mihi domum latam ⁊ ſpacioſã. Quinto alij in nobilitate generis ⁊ potẽtia ac diuitijs. ſed aduertant illud Apoc. xviij. Quãtum ſe glorificauit tantuz date ei tormentum. Ultimo alij gloriantur in lectis ⁊ lectiſternijs. ſed audiant ve maledictionis eterne a deo Amos. vj. Ve vobis qui dormitis in lectis eburneis et laſciuitis in ſtratis veſtris. Denique tales aduertant ꝙ vt Aug9 dicit. chriſtus lectum ſuum in quo dormiuit p mortem ſcz crucẽ in teſtamento dimiſit diſcipulis. qui ergo vult cum chriſto quieſcere in celo iaceat in crucis lecto. moriatur in cruce ſi vult chriſtum videre. conſiderent etiam tales qualem lectuz habebunt in futuro. Sicut exempluz narrat Anthoñ. ibidem ꝙ frater quidam viſitans quendã mundanũ ſcholarem cõpatriotam ſuum: vidit in illi9 camera pompam lecti delicati et ait ei. Chariſſime recorderis quid dicit Eſa. xiiij. de talibus. Cõcidit cadauer tuum ſcz ĩ morte. ſubter te ſternetur tinea ⁊ operimentuz tuuz e. vermes. Et hoc verbum adeo impreſſum eſt cordi illius ꝙ non potuit q̇eſcere ſed religionẽ ĩtrauit. Rogem9 xp̄m ⁊c̄.

Feria ſexta poſt dominicam ſecundaz. Sermo. xix. de peccato contentionis que naſcitur ex vanitate ſuꝑbie.

Malos male perdet ⁊ vineam ſuaz locabit alijs agricolis. Math. xxi. et in euangelio hodierno. Hãc ſententiã ꝓtulerũt contra ſeipos iudei ⁊ chriſtus dominus approbauit eam tãꝗ veram vt dicit Lyra. cum enim ſacerdotes iudeorum ſcribe ⁊ phariſei ꝯueniſſent contra chriſtũ ⁊ ſuperbia pleni ac inuidia cõtentioſe agerent contra dominum. ipe dominus chriſtus ꝓpoſuit eis parabolam de vinea locata agricolis. qui ſeruos domini occiderũt ⁊ heredem. ſic fecerũt iudei ꝓphetis domini ⁊ tandem apoſtolis. ac ipm filium dei chriſtũ occiderũt. Interrogauit ergo chriſtus dicẽs eis. Cuz venerit domin9 vinee id eſt eccleſie ſcz ad iudicandum quid faciet agricolis. Reſpõderũt malos male ꝑdet. ⁊ hoc fecit per romanos ꝑdeñ. iudeos et vineam. id eſt eccleſiam ſuam tradidit alijs ſcz diſcipulis ⁊ conuerſis ex gẽtibus patet in euangelio. Ex quo autem hec peſtis vitioſa ſuperbe contentionis ex vana gloria naſcitur. ⁊ ẽ valde periculoſa ac dãnabilis. ideo de ipa vt cauere ſtudeamus

tria myſteria hoc ſermõe declarabimus.
¶ Primũ dr effugationis.
¶ Scdm dr diuerſificationis.
¶ Tertiũ dr circũſpectionis.
Item aliud thema ꝑ hoc poteſt poni illð Phil'.ij. Nihil facietis per contentionem neqꝫ per inanẽ gloriam.

O Circa primum de effugatiõe contẽtionis .nota ꝙ cõtentio litigationis rephenſibilis eſt ⁊ fugienda ꝓpter plures rationes. Primo propter aſſimilationeꝫ. nam contentioſus aſſimilat̃ diabolo. vñ Aug⁹ vt allegat̃ in ſumma vitioꝝ dicit ꝙ videlꝫ nihil ẽ ita ſimile actib⁹ demonũ q̃ litigare. Ratio quia ſicut diabolus ſemꝑ ſupbe ⁊ ptinaciter contradicit deo ⁊ ſuaꝫ ſententiã falſam defendit ſic talis ⁊c̃. Vñ Prouer.xvij. Semper iurgia q̃rit malus ſcꝫ homo. angelus autem crudelis mittetur contra eum. Lyra ſcꝫ vt a iudice occidatur tanq̃ ſedicioſus. Exemplũ etiã habem⁹ ð iudeis q̇bus ait Moy. Deutero. xxxj. Scio ꝯtentionem veſtram ⁊ ceruicẽ duriſſimam. ⁊ adhuc me viuente ſemper contentione egiſtis contra dominũ quãto magis cũ mortuus fuero ſcꝫ quia contentioſe ꝯtra chriſtũ egerunt. vnde tunc omnes interfecti ſunt in deſerto deo ordinante qui exierãt de egypto p̄ter Joſue ⁊ Caleph fidelibus. ⁊ poſt xp̄i aduentũ oẽs ſũt ꝑ romanos ptim occiſi partim captiuati.
R Itẽ int̃ beſtias aſſimilat̃ ſm cõmeſtorem in ſũma ipi cani. Naꝫ ſi querit̃. Cur vel vnde eſt ꝙ canis ſtatim vt ſtrepitũ audit vel ſentit alicu⁹ latrare incipit. Rñdet magnus Alber. ð animalib⁹ ꝙ ex innata ſibi melancolia canis ſtatim vt ſentit aliquid latrare incipit non cõſiderãs ſiue ſit amicus ſiue inimicus vel extraneus ſit ille de quo ſcꝫ latrat. ſic facit homo cõtẽtioſus. ſtatim enim vt fatu⁹ canis poſtq̃ aliqua verba audierit loqui incipit ⁊ ꝯtendere non curãs an ſit ad ꝓpoſitum vł nõ. hec cõmeſtor. fuge ḡo homo ⁊c̃. Secũdo fugiẽda ẽ ꝓpter pturbationẽ. qꝛ homo ꝯtentioſus alios pturbat et in ſe pturbat̃ Prouer.xvj. Homo peruerſus ſuſcitat lites. Et ratio. quia in ſeipo ꝯtradictiones habet carnis ad ſpiritũ. ⁊ vitioꝝ ꝯtra ſeſe ꝯtendentiuꝫ. nam ꝯtentio ſignũ ẽ ꝙ talis ſit carnalis et caro non obedit rationi. j. Corĩ.iij. Cũ ſit inter vos zelus ⁊ ꝯtentio nõne adhuc carnales eſtis. S Proinde Egidius ð roma. li.ij. pti.j. ca.viij. tractat quare mulieres pl⁹ q̃ viri ſũt ꝯtẽtioſe ⁊ in litigando pſeuerãt. Et reſpõdet. qꝛ in eis minus viget ratio que poſſet homines retrahere. ſꝫ ſi q̄nqꝫ retrahunt̃ hoc eſt ex verecundia. Itẽ ſm alios qꝛ vir factus ẽ imediate de terra. ſed mulier de coſta viri. ſi autẽ coſta cõcuſſa fuerit ſonat. nõ ſicẽ de terra. ergo ⁊c̃. Pro exemplo ꝯtra hec ĩ vitaſpa. quidã pater remediũ docuit di. Si q̇s loquit̃ tecũ de quacunqꝫ cauſa noli ꝯtendere cũ eo. ſi bene dicit dic bñ. ſi male dic. tu ſcias q̇d loqueris. ⁊ ſic mens tua erit pacifica. Tertio ꝯtẽtio fugienda ẽ ꝓpter vitioꝝ deriuationem. ab ea eni ſepe deriuantur plurima ſcãdala odia diſſenſiones rixe. ⁊ quãdoqꝫ poſt verba venit̃ ad verbera. ⁊ aliquando tota cõmunitas turbatur vſqꝫ ſanguinis effuſionem. Eccĩ.xxj Ab vna ſcintilla augetur ignis ⁊ a doloſo augetur ſanguis. Vñ phus.v. politicorũ ca.vij. docet ꝙ cõtentiones in qualibet policia ſunt ſũme vitande tanq̃ cõmunitatis deſtructiue. Oh quot p̄ncipes ⁊ milites inter ſe diſſideñ. ⁊ cõtendeñ. mouent bella in quibus ſequit̃ paupeꝝ oppreſſio ⁊ plura mala. Heu iam impletuꝫ videm⁹ illud Pš. Effuſa eſt contentio ſuper principes et errare fecit e. Lyra. id eſt iuſto iudicio deus pmiſit errare illos in inuio deuiando a iudicio rõnis recte. ⁊ non in via ſupple dei eſſe que eſt via charitatis ⁊ mãdatoꝛuꝫ a qua deuiãt. Quarto fugiẽda eſt ꝓpter acq̇ſitionem ſcꝫ honoꝛis digni et gr̃e dei ac gloꝛie. nam Prouer.xx. dr. Honoꝛ ẽ homini qui ſepat ſe a ꝯtentionibus Item Roma.xiij. Nõ in ꝯtẽtione ⁊ emulatione ſcꝫ ambuletis. ſed induimini dñm ieſum xp̄m imitãdo eius humilitatẽ. ⁊ ſic habeñ. in anima chꝛiſtum per gratiaꝫ ⁊c̃. de hoc exemplum in fine ſmonis.

T Circa ſecundũ de diuerſitate ꝯtentionis Notandũ ꝙ contentio ꝓut eſt vitium ꝓprie diffinit̃ ſm Alexã. in.ij. ſũme ⁊ in Angelica ſic. Cõtentio eſt impugna

tio veritatis cum cõfidentia clamoris. vñ naſcitur ex vana gloria ſupbie. quia vult vincere cum clamore propter apparere. et põt fieri diuerſis modis ⁊ cauſis. Primo mõ ꝓ defenſatiõe veritatis põt fieri ꝯtentio. quia vt ſcribitur. xlvj. di. In pncipio. Ruſticoꝝ arrogantia garrulitatez putat autoritatẽ. Unde quãdo cõtra hereticos qs non ꝯtenderet ruſtici ſcandaliſarent in tali diſputatione. ſicut narratur fuiſſe craco uie in diſputatione cum huſcitis coraz rege. qs magiſter kozlinczki ſagaciter ꝟbo rum multitudine ⁊ argumentoruz ꝯuicit et huiuſmodi ꝯtentio meritoria eſt vt dic Anthoñ. ij. pte. Secũdo modo poteſt fieri cauſa correctionis ſm Alexã. nec hoc eſt peccatũ quando ſic neceſſe eſt fratrem corrigi. Tertio poteſt fieri cauſa diſpu tationis vel eruditionis. ⁊ hoc licz non ſit peccatuz ſi fiat modo debito poteſt tamẽ ibi ꝯcurrere veniale peccatuz ex inordina to clamore vel ex aliqua titillatione vane glorie vel honoris ſicut legit de apoſtolis Luc. xx. ꝙ facta eſt contentio inter eos qs eorum videretur maior. ⸿ Quarto cauſa emulationis ſicut diſcipuli Joh. cõ tendebant de ſuo magiſtro ſcz baptiſta. ⁊ de chriſto. ſic ⁊ modo ꝯtendunt aliqui de religioſis ⁊ eorum fundatoribus vel ꝺ do ctoribus ⁊ pdicatoribus. ⁊ hoc etiam licz ſit veniale de ſe tamẽ ſepe concurrũt mortalia puta detractiones ⁊ huiuſmodi. Itẽ ſimile eſt de illis qui pferre contẽdunt aliquẽ ſanctum in celo alijs. Ultimo põt fieri contentio cauſa male litigationis vt cum quis contendit contra fidem vel con tra bonos mores vel contra veritatez no tabilem peccatum mortale eſt. Si autem cõtenderet contra veritatem aliquam in his in quibus nullum eſſet periculuz ⁊ ex quadam leuitate non eſſet peccatum mortale. Item ſi quis etiam in notabilem iniuriam vel damnuz proximi contenderet ſicut faciunt ſepe aduocati et pcuratores vel litigaret contra iuſticiam mortale pec catum eſt ſcienter talia facere. O ergo ho mo diſce talia confiteri ⁊c̃.

⸿ Circa tertium de circũſpectione Notanduz ꝙ recolligendo ex ſcriptu ris plura ſunt genera hominuz que valde circũſpecte debet homo obſeruare vt non contendat cum talibus. Primo cuz diuite et potente Ecci. cap. viij. Ne litiges cum homine potẽte ne forte incidas i manus illius. non contendas cum viro locu plete ne forte ecõtra conſtituat litem tibi. hec ibi. Secundo non eſt cõtendenduz cum verboſo garriente Ecci. viij. Ne litiges cum homine linguato ne ſtruas i ignem illius ligna. hoc eſt fomenta rixe am plioris. Tertio cum peſtileute infamã te. quia talis conuitia et infamatoria ob probria obijcit tibi. Prouer. xxiij. Ne con tendas cum peſſimis. Lyra. incorrigibili bus. ⸿ Naz talis ⁊ ſi tunc non dicat infamatoria poſtea dic. Sic de lupo phs viij. de animalibus dicit. ꝙ cum maxime iraſcitur diſſimulat ⁊ ſe inuadentez abire permittit ac ſi non attendat quouſqꝫ impremeditatum illum inueniat ⁊ tunc eum occupat ne euadat. Quarto cum vxore non tacẽte preſertim coram aliquo preſen te. nam ſepe ſcandala exoriuntur inter patrem ⁊ filium. et inter fratres vel vicinos ꝓpter contentiones mulierum. ſed vir ſapiens ratione debet vti non litigio. ⁊ vnuſ quiſqꝫ debet ſuam corrigere in ſecreto. iuxta illud apoſtoli. Cum patiẽtia ſupportã tes inuicem in charitate. Ephe. iiij. Sic enĩ melius ſcandaluz aliorum cauetur et pax tenet Quã magni meriti ſint ꝯiuges ſine contentione viueñ. ⸿ Exemplũ legitur in vitaſpatrũ ꝙ ſãcto Machario orante vox inſonuit ad eum dicens. Non dum ad menſuram perueniſti duarũ mulierum habitantium in proxima ciuitate. vnde Macharius veniens iterrogauit illarum cõuerſationẽ. Reſponderũt ꝙ erãt mulieres duoꝝ fratrum et quindecim an nis ſimul habitañ. nec verbuz contẽtiõis nec factum contriſtationis vnqꝫ ſibi inuicem fecerãt. hoc audiẽs Macharius. edi ficatus receſſit. Rogemus ergo chriſtum dominum ⁊c̃.

Sabbato poſt dominicam ſecundaz. Sermo. xx. de ſuperborum ingratitudine ad deum ⁊ ad homines.

# Sabbato poſt dominicā .II.

Adoleſcentior filius peregre pfectus eſt in regionē longinquā: et ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam Luc. xv. et in euangelio hodierno. Verba ſunt ſaluatoris noſtri parabolice dicta. in qbus deſignat ingratitudinē hominū ad deū. Propoſuit nāq parabolam talem dicens. Homo quidam habuit duos filios etc. Lyra. id eſt deus pro nob humanatus. duos filios: id eſt iuſtos et peccatores habet. qui peccatores licet nō ſint per gratiam filij dei: tamen ſunt ad imaginem dei et p baptiſmum adoptati. et ſic filij dei. adoleſcentior: id eſt peccator qui moribus eſt iuuenis peregre pfectus eſt longius per peccata elongādo ſe a deo. et ibi diſſipauit oīa bona gratuita: et etiā nature inqtum per peccatū peiorauit luxuriādo cū diabolo. facta fame verbi diuini adheſit vni ciuiū: id eſt diabolo: paſcit porcos id eſt vitia que immūda ſunt. et tandem in ſe reuerſus ad penitentiā rediens ſuſcipitur a deo in gratiā. et de hoc gaudere oportet omnibus angelis et bonis hominibus put de his patet in euangelio iſto. Ex quo autem iſte adoleſcens filius ingratiſſimus patri relinquens illū ſignificat ingratos peccatores vt dictum eſt. et videmus iſtis tēporibus multos factos ingratos ad deū ad parentes et quoſcunq benefactores. quod oritur ex radice damnabilis ſuperbie Idcirco de ingratitudinis ſuperbia in hoc ſermone declaremus tria myſteria.

¶ Pro hoc ſermone aliud thema vide ex intra ſcriptis.

¶ Primū dr qualificatōis.
¶ Secundū dicitur mortificatiōis.
¶ Tertiū dr periclitatiōis.

A Circa primū de qualitate ingratitudinis notemus tria pcipua.

¶ Primo qd ſit ingratitudo.
¶ Secūdo qt mōis cōmittitur ingratitudo
¶ Tertio de exemplari documento.

Primo ergo notandū vt nouerimus qd ſit ingratitudo qz ſm Tho. ij. ij. q. cvij. ſic diffinitur. Ingratitudo eſt vitiū quo beneficiatus non retribuit benefactori qd debet. Et pro hoc aduertendum eſt qz primo omniū et principalius quilibet debet deo eo qz ipe eſt primū principiū a quo eſt omne bonū noſtrū. Ab ipo nanq ratōnales conditi ſumus. ab ipo omnē creaturā ſubiectam habemus. et ſuſtentatōem vite recipimus quotidie. Ab ipo toleramur in noſtris malis equanimiter. cū tamē vt Auguſtinus dicit peccator nō eſt dignus etiā pane quo veſcitur. ergo nec veſte. Item ab ipo deo poſt grandia peccata reuocamur et venia datur. Ab ipo gratia datur et auxilium vt pficiamus in bono. Ab ipo regni celeſtis gloria pmittitur et redditur. Ideo ipſi debemus et tenemur reddere amorem timorem laudē et gratiarū actiōem. Vñ apoſtolus. j. Theſ. v. ait. In omnibus deo gratias agite. Et Col. iij. Omne quodcūq facitis in verbo aut in opere in noīe dñi ieſu chriſti facite gratias agētes deo et patri etc. Cum ergo homo peccat mortaliter ptra deum offendit et non reddit ei debitū amorē et honorem. ergo ingratus eſt. Secundo debet homo parētibus a quibus eē et educatōem accepimus. Tercio debet prelatis et rectoribus ac pſonis dignioribus. ex qbus cōmunia beneficia hominū cōmūitati pcedunt. Quarto debet homo qbuſcunq benefactoribus a quibus aliqua ſpecialia bñficia pcepimus p quibus particulariter tenemur eſſe grati. Unde ſi hijs non reddimus quod debemus ingratitudo eſt. B

Sed di. Quid et qualiter debemus reddere. Rñdetur ſm doctores theologos qz homo ex virtute gratitudis tenetur primo beneficiū recognoſcere. Secundo pro ipo gratias agere et laudes. Tercio retribuere p loco et tēpore ſm ſuam facultatē. et patet infra ex dictis Senece. libro de beneficijs tercio. Secundo reſtat notandum. qt modis cōmittitur ingratitudo. Reſpondetur in angelica ſm Tho. ſupra vicz. ij. ij. q. cvij. qz in toto ſex modis qui accipiuntur ex iā dictis in pcedentibus. Primo quādo quis beneficia dei vel hominū vt debz non recognoſcit. Secūdo qndo gratias et laudes benefactori nō agit. Tercio quādo nō recompenſat benefactori dum poſſit videlicet faciendo honorē vel ſeruitiū vel auxiliū

illi tẽpore ſuo. Ad hec Seneca. iij. de beneficijs ordine retrogrado dicit ſic. Ingrat⁹ eſt qui accepit beneficiũ ꝛ non retribuit. ꝙ ad terciũ. Ingratior eſt qui diſſimulat. ꝙ ad ſecũdũ. Ingratiſſimus omniũ ẽ qui oblitus eſt. ſcꝫ vt nec velit recordari. hec ille. ꝛ hoc quo ad primũ. Quarto quãdo ꝗs in corde cõtemnit beneficiũ receptũ vl' ipꝫ benefactorẽ quaſi ei non benefecerit ſꝫ male dando beneficiũ tale. Quinto quando murmurat vitupãdo benefactorẽ vel beneficiũ vilificando. Sexto quãdo fac iniuriam vel contemptũ illi benefactori vel aliquid reddens malũ ꝓ bono. ꝛ hoc ẽ diabolicum. ¶ Tercio in exemplorum documento Nota ꝙ coram deo ingrat⁹ eſt nimis ꝛ damnaꝛ quãdo quis patrẽ ſuum vl' matrẽ cõtẽneret recognoſcere: ſed negaret ꝓpter paupertatẽ vel defectum corporꝭ ſcꝫ cecitatẽ vel claudicationẽ ꝛc̃. Itẽ ſimiliter qñ quis nõ ſubuenit parẽtibꝫ ꝛ alijs benefactoribus cum poteſt vel nõ laudat in quibus laudãdi ſunt. hec Anthoñ. Deniqꝫ quando quis patri matriqꝫ maledicit vel iniuriã facit. Preterea quãdo quis ſummo deo cõtemptũ facit maledicẽſ. ſcꝫ in tribulatione di. Utinã non creaſſet me deus. vel de filijs etiã tale quid loquendo vel deum blaſfemando ꝛc̃. Heu ꝙ multi ſic peccant.

D Circa ſecundũ de mortali offenſa Queritur primo vtrũ ingratitudo ſit peccatũ mortale: ꝛ confitendũ ſpecialiter. Ad quod reſpondendũ ẜm Petrũ aureo. in. iiij. diſt. xxij. q. ij. in fine. ꝙ ingratitudo poteſt cadere in hominem dupliciter. Uno modo tanqꝫ circũſtantia actus. ſicut dum quis recepit mlta beneficia a deo tamen cõcupiſcentia ductus fornicatur. et ſic nõ eſt per ſe ſpeciale peccatũ ſed circũſtantia peccatũ aggrauans. ꝛ tunc licꝫ bonum ſit cõfiteri ꝙ igratus fuerit deo tamẽ non eſt neceſſariũ: quia non peccauit ex tali fine. ſcꝫ intentione ingratitudinis. ſꝫ ſufficit confiteri peccatũ fornicatõis quod cõmiſit. ꝛ hoc tenetur omnino cõfiteri. Alio modo ingratitudo conſideraꝛ ꝛ cadit i hominem per ſe. ſicut quãdo non alio fine mouetur ad tale faciendũ niſi quia deſpicit vl' paruipendit beneficia dei vel nõ recogitat ꝛ ſic eſt peccatũ ſpeciale ꝛ confitendũ. Nã ẜm Thomã ſecũda ſecũde. ſimiliꝛ Anthoninũ parte. ij. ti. iij. ꝛ ſummã angelicã qñdo quis ex contemptu ꝑtermittit recognitionem beneficiorũ vel beneficũ. puta patrem matrẽ ꝛ quẽcunqꝫ benefactorem cõtemnit mortale peccatũ eſt. Similiter qñdo quis nõ recompenſat ſed ſubtrahit recompenſationẽ debiti quod neceſſario tenetur benefactori a benefacto. puta ñ ſubuenit ei i magna neceſſitate cum poſſꝫ ſubuenire mortale eſt. Itẽ cum quis obmitteret laudare benefactorẽ qui eſt laudand⁹. ꝛ ex tali obmiſſione ſequereꝛ illi vituperiũ vel infamia mortale eſt. Et a fortiori cum non ſolum ꝑtermittit ſed contrariuꝫ agit: vt predictũ eſt. Sed quãdo preter hos caſus dictos eſſet aliqua obmiſſio ſola. puta quia non recognoſcit vel nõ retribuit i hiſ ad que nõ teneꝛ neceſſario veniale eſt. hec vbi ſupra. E Secũdo queritur. quid de ignorante. Reſpondeꝛ ẜm Anthoninũ ſupra cum Thoma. qui ignorat beneficiũ ſibi factũ non eſt ingratus ſi beneficiũ non recompenſat dũmodo ſit paratus recompenſare ſi noſceret. Unde a peccato excuſatur qui oblitus eſt quis fuerit eius pater ignorans defectu rationabili. Tercio queritur quid de impotẽte. Reſpondetur ẜm Anthoninũ vbi ſupra ꝙ non poteſt aliquis ſe excuſare a vicio ingratitudinis ex impotẽtia. ꝙ ſcꝫ nõ poſſit recompenſare benefactori. quia ad debitũ gratitudinis reddendũ magis attendiꝛ volũtas ꝙ̃ opus vt dicit Seneca lib. de beneficijs. et ideo ſufficit volũtas recompẽſandi cum facultas deeſt. Unde nec obliuio ex negligẽtia facta excuſat.

F Circa tertium de periculo ingratitudinis Nota ꝙ ex ingratitudine multiplex periculũ incurriꝛ. Primo qꝛ gratia dei aufertur. Auguſtin⁹. Quod de⁹ dederat gratis aufert ingratis. Exemplũ in primis parentibꝫ quos deus in padiſo poſuit ꝛ gratia impleuit ſed ꝓpter ingratitudinem eiecit. Secundo quia infirmitates ꝛ alia mala immittuꝛ. Nam Ezechias rex poſt ꝑcuſſionẽ exercit⁹ ſennacherib ab

angelo dei.18ſ000.q2 pro gratiarũ actõne nõ fecit canticũ egrotauit ad mortẽ vt di-cit Lyra. Eſa.xxxviij. Tercio q2 christo maxima iniuria irrogaꝛ. Unde Bern. in pſona christi dicit. Uide homo que pro te patior. ad te clamo: pro te morior. vide cla-uos quibus cõfodior. ⁊ cum ſit tãtus do-lor plus tamen crucior ꝙ te ingratũ experi or. Et ꝑ conſequens ſequitur ꝙ etiã beate virgini matri maior fit iniuria. Ultimo quia aduerſario ſup ingrato poteſtas cõ-ceditur ⁊ peſſime piclitatur. ſicut patet fa-ctum in abſalon igratiſſimo ſuo patri da uid qui male periit in corpore ⁊ anima.

Exemplũ ad idẽ narraꝛ ex libro apũ in Spe.diſt.v.exemplo.xl. ꝙ in partibꝫ gallie quidã iuuenis ab adoleſcẽtia ſemꝑ parẽ-tibus ingratus ⁊ inobediens illos ⁊ alioſ ad amaritudinẽ ꝑducebat. Tandẽ poſtꝗ̄ mortui ſunt parentes eius: ipe poſt aliqͣt annos infirmatꝰ eſt. ⁊ in agone ſumptꝭ ſa-cramentis ecce demones vidit turmatim ingrediẽtes. quos q̄ aſſiſtebant licꝫ non vi debant tñ quaſi turmas ſtrepeñ. audiebãt Exclamauit iuuenis infirmꝰ horribilr̃ di-cens. Accipite oẽs arma iuuate me. q2 ecce pater meus conaꝛ me occidere. Hec dicẽs exiluit. videbatur em̃ ſibi ꝙ in ſpecie patris ſui diabolus eũ occidere vellet pro pter rebellionẽ ⁊ igratitudinẽ ad patrem. Nec mora cadens in terrã terribiliter cla-mans expirauit. Rogemus ergo xp̃m ⁊c̃

Dñica.iij.i q̄dragesima. Ser.xxj. ꝺ exe crãda vana glĩa q̄ eſt primogenita ſupbie

## Cum eiecisset

ſcꝫ Jeſus demoniũ locutus eſt mutus ⁊ admirate ſunt turbe. Lu.xj. ⁊ in euãgelio hodierno. Sctã eccle ſia ꝑ pſenti dominica legit euãgelium q̄-modo christꝰ dominus eiecit demonium mutũ ad ſignificandũ ꝙ multi ſunt q̄s di-abolus ꝑ hoc tẽpore quo deberent chriſti ani loqui in peccatoꝝ cõfeſſione facit mu-tos vt non confiteanꝛ. ⁊ ſic in pctis ꝑeant Nam vt Lyra ⁊ doctores dictãt. diabolꝰ nõ i ſe ſed ab effectu dicitꝛ mutus q2 mutũ efficit hominẽ peccatorẽ quẽ poſſidet vt ñ confiteaꝛ. Et quoniã ſm̃ Bonauen. ſuper

ij. demones habent diuerſa maledictõnis officia inter ſe quis eoꝝ quid efficere ha-beat. Taciturnitatẽ autẽ confeſſiõis pec-catorũ maxie facit demon ſupbe vane glĩe ne pctõꝛ ſeipſ hũiliet ⁊ accuſet. iõ demõ iſte q̄ fecerat hũc mutũ fuit demon vane glo-rie et ſupbie. Sed ſi liberari quis vult a ta li dmonio ⁊ quocũꝗ alio accedat ad chri ſtum dominũ petatꝗ vt libereꝛ ⁊ ſic loq̄-tur in confeſſiõe. Et ſi peccator q̄ habebat demoniũ mutum ſupbie ⁊ vane glĩe. i. lu-ciferũ ab hoc fuerit liberatus tũc ꝑ confeſ ſionem poterit liberari gratia xp̃i ab aliis etiã demoniis. ſcꝫ mãmona auaricie. Sa-than ire. beelzebub gule. Aſmodeo luxu-rie. leuiathan inuidie. belial accidie. Uide amus itaꝗ euangeliũ. Ex quo aũt va-na gloria eſt primogenita filia ſupbie: ex q̄ oriuntur ſeptẽ alia ſm̃ Grego.xxxj.mora. ⁊ tanꝗ pncipali eiecta alia conſequenꝛ fa cile eiiciunꝛ. Idcirco de ipa in hoc ſermõe ageñ tria myſteria declaremꝰ.

Primũ de modali notificatione
Secũdũ de execrabili conditione
Terciũ de mortali offenſiõe ⁊ cõfeſſiõe.

Itẽ ꝑ alio themate huiꝰ ſmonis põt acci-pi illud apli Gal.vj. Spũ ambulemꝰ nõ efficiamur inanis glĩe cupidi.

B Circa primũ myſterium. ſcꝫ ꝺ modali notificatõe vane glĩe ſũt ꝯſiderẽꝰ

Primo qualis gloriatio reputaꝛ vana.
Secũdo quid ſit diffinitiue vana glĩa.
Tercio quõ differt vana glĩa a ſupbia.

Primo inquam conſiderandũ eſt vt diſcer namus qualis gloriatio reputaꝛ fore va-na. Pro quo notãdũ ſm̃ doc. ⁊ ſcripturas ꝙ gloriatio diſtinguiꝛ ſic.

Primo quedã em̃ eſt diabolica
Secundo quedã eſt beatifica.
Tercio quedã vera ⁊ ſanctificatiua
Quarto quedã eſt vana ⁊ dãnificatiua

Primo quedã eſt gloriatio diabolica quã do quis gloriaꝛ de malicia ſua de qua pſ Quid gloriaris in malicia qui potens es iniquitate. Nico. ꝺ Lyra. quaſi d. Hec eſt peſſima gloria. ⁊ per conſequens diaboli-ca. Nam vt Petriſta ait. Dupliciter pec cat qui ſe de crimĩe iactat. ⁊ hoc eſt diabo li proprium. quia peccat ex certa malicia. vnde diabolicũ facit hominẽ. Propterea

ibidem Ps̄.dicit. Dilexiſti malicia̅ ⁊ ini=quitate̅ magis q̄ꝫ loqui equitatem.ꝓpte=rea deus deſtruet te in finem.ſcilicet ꝑden do cuꝫ diabolo et euellet te de tabernacu=lo tuo ſcilicet per morte̅. Secu̅do que dam eſt gloriatio beatifica ſcilicet que da bitur iuſtis in patria. Ps̄. Exultabu̅t ſan cti in gloria. Et idem. Gloriabuntur in te omes qui diligunt nomen tuu̅.q.t. bene=di.⁊c̄. O q̄ꝫ ſtulti qui illam ꝓ caducis per du̅t. Tertio queda̅ eſt gloria vera ⁊ ſan ctificatiua que eſt conſcientie ſancte teſti=moniu̅.iuxta quod Apoſtolus.ij. Cor.j. dicit. Gloria noſtra hec eſt teſtimoniu̅ con ſcientie noſtre.ꝙ in ſimplicitate. ſcilicet re cte intentio̅is.⁊ ſinceritate:id eſt puritate vite ſancte.in gratia dei conuerſati ſumꝰ. Hec ibi.quaſi di.ſm Lyram. In his con ſiſtit vera gloriatio hominis ⁊ ſancta non in ore hominu̅ ⁊c̄. Quarto eſt quedam gloria vana ⁊ da̅natiua vt eſt gloria mun dana ſiue de corporalibus ſcilicet pulchri tudine ſanitate fortitudine ⁊ huiuſmodi: ſiue de ſpiritualibus .ſcilicet ingenioſita=te vel ſcientia vel ſanctitate:ſiue de exteri=oribus ſcilicet diuitijs:pompis et hmo̅i. in talibus gloriari vanu̅ eſt. Tu̅ quia non ſunt vere glorioſa cum ſint ſtercora. Ideo j. Macha.ij. Mathathias dicit. Gloria peccatoꝝ ſtercus ⁊ vermis vt patet ſi pro ſpicis ſepulchra. Et etia̅ quia grauiori ſup plicio obligant Apoc.xviij.q̄ꝫtum ſe glo rificauit ta̅.d.i.tor.⁊c̄. Unde non licet glo riari de hoc ꝙ quis altius ceteris ſuſpen=ditur ⁊ torquet̄. Propterea Augꝰ.v.de ci uitate dicit. Sanius videt qui amore̅ lau dis vitiu̅ eſſe cognoſcit. H Sed ſecu̅ do videndu̅ quid ſit. Alexand.ij.par.diffi nit ſic. Uana gloria eſt appetitus inordi=natus ⁊ delectatio inordinata hu̅ane lau=dis. Unde dicit̄ gloria ſm Lyram quaſi claria c mutata in g. quia eſt clara.i.mani=feſtato̅nis ad laudem delectatio. Amb.de offi. Gloria eſt clara cum laude noticia.ſcꝫ coram hominibꝫ. Tercio aute̅ de differe̅=tia eius a ſupbia Nota ſm Anthoninu̅.ij. parte.ti.iij.ꝙ vana gloria ſue genitrici ſupbie multu̅ aſſimilat̄ vt quaſi vnum ſint .qꝛ vtrobiqꝫ eſt appetitus ꝓprie excellentie .ꝓpterea aliqui doctores ponunt vtru̅qꝫ pro vno capitali. tame̅ realiter differunt in h ꝙ ſupbus appetit excellentia̅ et ſibi appa=ret magnus intus .ſed vanigloriouſus ap=petit excellentie huiꝰ manifeſtato̅em exte=rius vt laudet̄ in ore hominu̅ ⁊ fametur

Sed di.quare talia appetere ſit peccatu̅: cu̅ tame̅ dicat̄ Eccli. xlj. Curam habe de bono noi̅e.i.fama. Et Prouer.xxij. Meli us eſt nomen bonum q̄ꝫ diuitie multe. Re ſpondet̄ ſm doctores. ꝙ bene curandu̅ eſt de bono nomie inq̄ꝫtu̅ eſt vtile ad dei glo=riam ⁊ pximoꝝ edificato̅em ⁊ ſalutem.ſed ꝓpter ſola̅ laude̅ ꝓpriam appetere viciuꝫ eſt ſm Tho.ij.ij.q.cxxxij.qꝛ eſt ꝯ ordinato̅eꝫ diuinam. I Pro q̄ notemꝰ ſm theolo gos ꝙ deꝰ bn̄dictus eſt me̅ſus hoibꝫ regu las ne q̄s ſup id qd̄ p̄fixum eſt a diuia re=gula excedat ꝑ ſupbia̅ ⁊ vana̅ gl̄iam. Pro pterea apl̄us.ij. Choꝝ.x.dicit. Nos auteꝫ no̅ in ime̅ſum gl̄iamur ſꝫ ſm me̅ſura̅ gl̄ie qua̅ me̅ſus e̅ nobis deꝰ. Pria regula e̅ obe die̅tie p̄ceptoꝝ ne q̄s ea tra̅ſgrediat̄. Scd̄a eſt p̄emine̅tie pximoꝝ i̅ honore ⁊ dignita=te ne q̄s talia appetat niſi ad ſerue̅du̅ deo ⁊ ad vtilitate̅ pximoꝝ licitꝫ modis.j. Cor. xiij. Charitas no̅ e̅ ambitioſa.no̅ q̄rit que ſua ſunt ſꝫ q̄ ieſu xp̄i. Un̄ pctu̅ e̅ ambitio. Tercia regula e̅ i̅ noteſce̅tie bonoꝝ operu̅. vt no̅ ad ꝓpria̅ laude̅ oſtentemꝰ opa nr̄a ſꝫ ad dei laude̅ ⁊ pxioꝝ vtilitate̅ vl̄ edificati one̅ Mat.v. Sic luceat lux vr̄a cora̅ hoibꝫ vt videa̅t vr̄a bo̅a opa ⁊ gl̄ifice̅t ⁊c̄. Quar ta regula e̅ gl̄ie diuie i̅ attributo̅e oim bo=noꝝ.qꝛ oi̅a a deo ſu̅t ta̅ bona tpalia q̄ꝫ ſpu̅ alia. Iaco.j. Io̅ no̅ po̅t ho̅ ꝑacit̄ de q̄cun=qꝫ bono gl̄iari cu̅ no̅ ſint ſua.ſꝫ vt dꝛ ꝑ apo ſtolu̅. Regi ſeculoꝝ ſoli deo honor ⁊ gl̄ia i̅ oibꝫ e̅ attribue̅da.q̄ peccat ho̅ gl̄iaꝫ ꝓpam q̄re̅s in q̄cunqꝫ. Un̄ Bern̄ .ſup can̄.ſmo̅e xxiij. Quicq̄d captas fauoris qd̄ ad deuꝫ no̅ referas p̄te̅ dei furarꝭ ⁊ crime̅ leſe maie=ſtatis incurris.

K Circa ſecu̅dum de execrati one vane gl̄ie nota ꝙ deteſta̅da e̅ ⁊ execra̅=da ꝓpter plura. Primo propter altiſſimo ru̅m deiecto̅nem . Quia vt Chryſo. dicit. Cetera vicia tantu̅modo in ſeruis diabo=li habita̅t.vana gl̄ia au̅t etiaꝫ i̅ ſeruis dei. habitaculu̅ reperit ⁊ altiſſimos deijcit.pa=tet in angelis de celo in infernuꝫ deiectis

⁊ primis parentibus de paradiſo. Ratio autem ſm Anthon̄.s.ti.iiij. eſt quia ex q̄ rationalis creatura facta eſt ad gloriam perpetuam: ideo naturaliter appetit gloriam ⁊ cum non poteſt in vita perpetuari eo q mori oportet querit per famam in hoim memoria ppetuari. ideo etiam viri alte ſanctitatis de glorie appetitu temptant̄ ⁊ cum offertur delectantur niſi per gratiam ſe cohibeant. Pro exemplo ergo dum ſanctiſſimus aplicus creatur quidaʒ eleuās ſtupam accenſaʒ in arundine poſitaʒ clamat dicens. Pater ſancte ſic trāſit gloria mundi. vt ſcʒ caueat. L Secūdo ꝓpter bonorum operum ⁊ meritorū deperditioneʒ Unde Chryſ. ſuper Matth. dic. Sicut ex ligno naſcit̄ vermis qui lignum exterminat et ex veſtimento tinea que comedit illud. ſic d e bonis operibus naſcit̄ vana gloria perdēs illa. Hinc Aug⁹ queſtionem pulchram quis hominum ſit melior ſoluens li. de vera innocētia dicit. q melior eſt in malefactis humilis cōfeſſio q̄ȝ in bonis ſuperba gloriatio. hec ille. Exēpluʒ patet de phariſeo ⁊ publicano orantibus Luc. xviij. Tertio deteſtanda eſt ꝓpter crebriorem infeſtationem. nam veluti muſca canina ingerit ſe crebro operi bono. M Sed q̄ritur an ꝓpter vane glorie infeſtationeʒ debeat homo dimittere opus bonum. Reſpōdet̄ ſm Chryſ ſup Mat. q vana glia triplicit̄ ingerit ſe bono operi. Primo p̄cedendo ſcʒ per preuiam intentionem malam. ⁊ tunc Chryſ di. Melius eſt non facere bonum puta elemoſynam ⁊ huiuſmodi q̄ȝ ꝓpter vanam gloriā facere. quia qui nō facit in celo nil inuenit ⁊ in terra nil perdit. qui auteʒ ꝓpter honorem facit ⁊ in terra perdit ⁊ in celo nil inuenit. hec ille. ergo tunc dimittendum eſt.

Secūdo ingerit comitādo et tunc op⁹ non eſt dimittendū ſed pficiendum opus bona intentione inchoatum. ſicut ſeminator non dimittit ſeminare ꝓpter aues deuorantes plura ex ſemine. Exempluʒ narratur de ſancto Bern̄. pdicante. cū in medio ſermonis videns populū flentem incidiſſet ſibi vana glia. cogitauit vt dimitteret p̄dicationeʒ. ſed ſpūſſancti inſtinctu ait. non ꝓpter te cepi nec ꝓpter te pficiam. ⁊ ſic ſermoneʒ non dimiſit. Tertio ſubſequendo. ⁊ tunc oratione vincenda ē ſm Chryſ. Quarto vana gloria deteſtāda eſt ꝓpter difficiliorē remediationē Chryſ. vbi ſup̄ dicit. Quāto plura bona facis vanam gloriam non cōpeſcis ſed excitas. qꝛ cum omne maluʒ ex malo naſcit̄. ſola hec de bono ꝓcedit. ideo non extinguitur per bonū ſʒ mag̃ nutrit̄. hec ille. N Queritur ergo quid faciēdum ſit pro remedio Reſpondet̄ ſm doct. q primum ⁊ ſūmuʒ contra vanam gloriam remedium ē orationis humilis ſupplicatio vt dicit Chryſ. ſup̄. Scōm eſt bonorum omniū ⁊ glorie deo attributio. vt cū tibi gloria offert̄ dic cuʒ Ps̄. Nō nobis domine ſʒ nomini tuo da gl̄iaʒ. Tertiū ē mortis ⁊ penaꝝ futuraꝝ ꝯſideratio. nā pauo gl̄iaʒ pēnaꝝ extēſaꝝ deponit viſo pede ſic ⁊c̄. Quartū ē execratiōis dei recognitio. nā tam in veteri q̄ȝ in no. te. deus oſtendit q ſumme odit vanā gl̄iaʒ etiā in regib⁹ vt patʒ p̄cipue in ſancto rege Dauid q̄ cuʒ numeraſſet populū ex vana gl̄ia. ij. Reg̃. xxiiij. deus p ꝓphetā Gad penā denūciauit vt eligeret. aut ſeptē annis famem in terra ſua. aut tribus mēſib⁹ fugere coram aduerſarijs. aut trib⁹ diebus peſtē. ⁊ hoc tertio electo. 70000. mortui ſūt ex ꝑl'o ⁊c̄. deniq̄ȝ i nouo teſtamēto. ptʒ in xp̄o dei filio q̄ contempſit gl̄iam mūdi omnē ⁊ diſcipulos q̄ de miraculis factis gloriabant̄ redarguit exemplo ſathane Luc. x. O ergo homo tu chriſtiane caue.

O Circa tertium de mortali offenſa. Notanduʒ ſm doc. vt in Angelica cōpen. ⁊ Anthon̄. habet̄ q vana gl̄ia ex ſe venialis ē ſʒ fit mortalis ⁊ ꝯfitēda neceſſario Primo caſu ex pte opis ſcʒ de q̄ q̄s gl̄iatur. nā ſi q̄s gloriat̄ de ope qd̄ ē pctm̄ mortale ⁊ deliberato animo peccat mortaliter. ſecus ſi de veniali vt de mendatio' iocoſo. Scd̄o caſu ex pte affectionis. vt ſi q̄s tantū afficit̄ ad aliqd̄ bonū puta diuitias ſcientiā ⁊ hmōi. ⁊ ad eorū gl̄iam' q p̄fert deo mortale eſt. qꝛ ꝯtrariat̄ charitati Exemplū ſi quis ꝓpt̄ talia bona ⁊ corum gloriā nō pdēdā nō ꝯfitet̄ deū vel fidē aut nō p̄dicat vel nō dic̄ veritatē dū tenetur.

Tertio caſu ex pte intenti finis. Nã laus põt queri aliquãdo pter vitandũ malũ infamie. ſicut ſamuel ſe laudauit. j. Reg. xij. et aliquãdo pter dei gloriã et primi edificationẽ. et in iſtis caſibus nullũ eſt peccatũ Nã et Paulus ſic cõmendauit ſe. ij. Cor. ij. Deniq aliquãdo laus queritur pter lucrum auaricie ſicut pharíſei faciebant. et tunc eſt mortale ſm Aureol in compen. Et ibi p regula generali ponitur quãdocunq laus conſtituitur p fine vltimo. et quererit quis eam pter ſe patus facere etiã cõtra pceptũ vt aſſequatur laudẽ mortale peccatũ eſt. Secus quãdo quis in aliquo actu venialis peccati vult laudari p eo quod venialiter in laude delectatur. quia ſic veniale eſt. Quarto caſu ex parte boni ſpiritualis cũ fit pter laudem vel gloriã vanitatis pncipaliter. vt ſi quis pdicat vel miſſam dicit vel ſacramenta confert pncipaliter propter gloriã ſuam priam: mortale peccatũ eſt. ſimiliter faciendo alia opera virtuoſa. Hec in Angelica. P Inſup confitendũ ẽ de filiab vane glie q dr cenodoxia ſm Papiã. Et enumerantur iſte ſm docto. vicz contentio: electio: ptinax: nouitatũ pſumptio: obedire nolle: diſcordia: ornatus vanus: xpi a fide error: hypocriſis: iactantia adulatio. De his latius practica ſubſcripta ſi placz pſeqre eã. Rogem g xpm etc.

Notemus finaliter p documento ſimpliciũ practicã de modis qbus debeãt homines confiteri vel confeſſores interrogare ſciant put videbitur expedire. et ſi confitẽs intelligat talia vicz de peccato ſuperbie et eius pmogenita vana gloria cũ filiab earũ que ſunt mortalia in caſibus iſtis. Primo cfitendũ de ſupbie ſpeciebus. de qbus ſermone. xvj. E. Secũdo de vana gloria. vt in ſermõe pſenti. Tertio de ſupbie filiab p ordinẽ ſermõe. xvj. F. De ſeculi ambitione xvij. ſermõe J. De pſumptiõe cfitendũ eſt ſic. Si pſumpſit facere talia q ſunt ſup cditionẽ vel poteſtatẽ ſuã: puta iudex ſecularis iudicat cleros vel nõ ſubditos: mortale eſt ſm Antho. Itẽ ſi exiſtẽs medicus ignarus medicat. vel cfeſſor ignarus cfeſſiões audit et abſoluit qs non poteſt. Item ſi iudex ignarus vel aduocatus ignarus fuit et ex hoc damnũ accidit alicui minus iuſte. De curioſitate. ſi qs vult ſcire altiora que nõ capit. vt de trinitate vel pdeſtinatõe. et ſic in errorẽ cecidit mortale ẽ Itẽ ſi ſcire vel expiri de effectu incantationis vel artis magice vel phibite et h mõi voluit. Item ſi quis videre vel audire vult quõ agitur pctm mortale delectans mortale eſt. De contẽtione ſer. xix. U De ingratitudine. ſer. xx. D. De irriſione. ſi irriſit ſacramẽta vel alia diuina vilipendens ea mortale eſt. Item ſi irriſit plątos aut ſanctos aut deo ſeruiẽtes vel religioſos vt ſic retrahat eos mortale eſt. Itẽ ſi irriſit quẽcunq intendens ex hoc iniuriã notabilem vel pturbationẽ illius mortale eſt. ſecus ſi ex leuitate vel cauſa ioci. De aliorum temerario iudicio. Si deliberate alterius facta dubia que neſcit quo animo facta ſint vel fiãt in malã partẽ interptatus eſt. et ſine ſignis ſufficientibus iudicauit eundẽ peccaſſe mortaliter ex poſito. ipſe ſic ſine ſignis ſufficientibus ad maliciam illius oſtendendam iudicans mortaliter peccauit. Secus ſi d veniali iudicauit. idem ſi iudicauit de mortali ſed nõ ſic quod ille intendit tale feciſſe propoſito deliberato peccãdi mortaliter veniale eſt. Quarto tandẽ confitendũ de filiab cenodoxie. De contentõne ſupra tactũ ẽ. De electõne ptinaci. ſi quis eligit tenere ſententiã aliquã vel opinionẽ tam ptinaciter quod nec doctoribus nec ſi ecclia determinaret contrarium crederet mortale eſt. De nouitate. Si quis adinuenit nouum modũ peccandi mortaliter vel inducendi ad tale. vel taxandi iniuſte. vel fraudandi proximum mortale eſt. De inobediẽtia ſermone. xiiij. O De diſcordia. Si qs diſcordat in neceſſarijs ſaluti: preſertim tenendo hereſim. vel ſi ex odio in notabilibus mortale eſt. Secus in opinionibus de hijs que non ſunt neceſſaria ad ſalutem. De ornatu. ſermone. xviij. O De chriſti fidei errore. Si quis dubitauit de fide vel errorem ſectatur eſt mortale. De ypocriſi. Si quis ſimulauit ſanctitatẽ: vel virtuoſa fecit opera ad decipiendum aliquem vt aſſequatur prelationẽ. vel vt dentur ei elemoſyne ſicut ſancto viro cum ſit malus mortale eſt. De iactantia. Si quis iactauit ſe de aliquo facto mortali. Item ſi iactauit

ſe in vituperiū notabile aliorū mortale eſt.
De adulatione. Si adulatus eſt alicui de peccato facto. ſcȝ mortali. vel ſi adulando prouocauit ad faciendū tale mortale ē. Item ſi laudando adulatorie intendit decipere illum notabiliter in tēporalibus vl' ſpiritualibus mortale eſt. Secus ſi aliqd iuſtum intendit ab illo habere per moduȝ doni vt hiſtriones. Hec ſufficiant ꝓ breuitate epilogando poſuiſſe quatenus ſciat quis predicta fore vt cōmuniter mortalia ꝛ confitenda. Et ſic de alijs etiā vicijs tractabimus ſuis locis. Rogemus ergo dominū noſtrū ieſum chriſtū ꝛc.

Dominica eadem poſt prādium. Sermo viceſimuſſecūdus. De periculoſiſſimo vicio ire.

# Fratres am

bulate in dilectōne ſicut ꝛ chriſtus dilexit nos. ad Ephes. v. ꝛ in epiſtola hodierna. Sanctus Paulus apoſtolus i hijs verbis hortaꝛ nos omes chriſtianos vt exemplo chriſti diligamus inuicē deponētes iram et odiū. Aduertendū ergo chariſſimi ꝙ chriſtus dominꝰ dilexit nos Primo dilectōne pleniſſima. qꝛ omnia nobis dedit que pro noſtro amore in ſe aſſumpſit. videlicȝ ex virgine Maria ſcilicȝ carnem in cibū: ſanguinem in potū. animā in preciū redemptōnis. deitatē autem promiſit in ꝑmium eterne felicitatis. Sic ꝛ nos debemus ꝓximos diligere vt i omnibꝰ ſalutē eorum pleno corde velimꝰ. Sicut etiā patet de pe. diſt. ij. Charitas.
Secundo chriſtus dilexit nos dilectōne ſanctiſſima. quia dilexit nos: ſed non dilexit imo redarguit et reprobauit noſtra vicia. Sic et nos debemus proximos diligere. Augꝰ. Sic diligantꝛ homines vt eorū non diligantur errores. id ē peccata Tercio dilexit nos chriſtus dilectōne pacatiſſima. quia cū eſſemus inimici reconciliauit nos deo ꝛ angelis. Exemplū dans vt omnem iram ꝛ odiū deponamus ꝛ pacē cum deo et ꝓximis teneamus. Et ad hec apoſtolus hortaꝛ in verbis ꝑdictis dicēs. Ambulate in dilectōne ꝛc. patet in epiſtola
Itaqȝ de ira que cōtrariaꝛ dilectōi tria myſteria declarabimꝰ ꝑ ſmone
Primū de retentiōis ꝑiculoſitate
Secundū de offenſiōis mortalitate.
Tertiū de ꝓductiōis vitioſitate.

Circa primū de periculoſitate ire retente. quoniaȝ multi ſunt qui faciliter iraſcuntur ꝛ diu iram tenent contra proximuȝ nec volunt pacificari. tales ergo audiant quot periculis damnationis ſubſunt. Primum periculum abominationis diuine. Ecci. xxvij. Ira et furor ꝛ execrabilia ſunt. Gloſa. in cōſpectu di.
Sed quare. Dicendū ꝙ primo quia trinitatis ſanctiſſime imaginem deſtruit: et diaboli imaginem in ſe ponit. Gregorius ſuper Job. v. dicit. Manſuetudo ſeruat in nobis imaginem dei qui ſemper tranquillus eſt. ſed ira diſſipat ꝛc. Si ergo qs crucifixi imagineȝ de eccleſia eijceret ꝛ deſtrueret loco illius diaboli imaginem poneret. ſic ꝛc. Secundo quia diuinam maieſtatem de ſuo habitaculo deturbat ꝛ diabolo locum dat. Unde Bern. et Auguſtinus ſuper Pſ. Sicut in pace factus eſt locus dei. ita in ira ꝛ diſcordia non niſi locus eſt diaboli ꝛc. Unde ſi quis regem de ſuo grato hoſpitio exturbaret ꝛ inimicuȝ introduceret. ſic ꝛc. Tertio quia quod ſolius dei eſt ſibi vſurpat ſcilicet vindictam quam ſibi ſoli deus ſeruauit. Roma. xij. Mihi vindictam ꝛ ego retribuā dicit dominus. Sicut ergo vſurpans coronam regis offendit. ſic ꝛc. Exempluȝ legitur in vitaſpatrū. ꝙ quidam ſanctus pater dixit ꝙ iracundus etiam ſi mortuos ſuſcitaret non poſſet deo placere. ꝛ hoc Antho. par. ij. ti. vij. cap. j. ponit intelligēdo de eo qui leuiter iraſcitur ꝛ tenet iram. R
Secundū periculum breuiationis vite hoc oſtenditur Primo ex lege theologica Eccleſiaſtici. xxx. c. Zelus ꝛ ira minuunt dies. Secūdo ex lege phica. quia philoſophus primo de anima dicit. ꝙ ira eſt. accenſio feruidi ſanguinis circa cor. Et ergo Damaſcenus lib. ij. cap. xviij. diffinit eam ſic dicens. Ira eſt feruor ſanguinis

circa cor ex euaporatione fellis vel per re/
turbationem fellis. Hec ille. Ex tali autē
paſſione corpus maxime tranſmutatur vt
patet per Gregoriū. v. moral. dicentē. Ire
ſtimulis accenſum cor palpitat: corp⁹ tre/
mit: lingua ſe prepedit: facies igneſcit: ex/
aſperantur oculi. non recognoſcuntur no/
ti. quid loquatur ignorat: licet ore ſermo/
nem format: veluti arrepticius. Hec ille.
Et conſequēter ex hijs ſequitur diminu/
tio vite. Unde ⁊ Philoſoph⁹ dicit ꝙ ani/
malia iracūda ſicut ſūt canes de facili mor
dentes ⁊ latrantes ſunt breuis vite. Item
narrat Auguſtin⁹ de ciuitate dei. ꝙ quidā
conſul romanorū nomine Silla: cum pre
ira turbulentiſſim⁹ eſſet fracta eſt ſibi ve/
na ſanguinis in corpore vnde mortuus eſt
Tercio declaratur ex lege canonica. xiij.
q. j. ca. j. Et extra de iudeis. c. et ſi iudeos.
vbi dicitur ſic. Mus in pera. ignis in ſi/
nu. ſerpens in gremio male ſuos remune/
rant hoſpites ⁊c. Sic facit ⁊ ira que cor/
rodit cor tanꝗ mus peram: et accendit et
mordet ac ſic conſequēter vitam breuiat.
Et hoc videmus in multis ꝙ pre ira fer/
uidi nec ſibijpſis parcunt ſed morti ſe expo
nunt. Nec etiam curant proximos: nec vx
orem nec filios nec parentes. ſed contume
lijs omnes afficiunt ⁊ in illis ſe vindicant
cum in taberna vel alibi cōmoti ſe vindica
re nequiuerūt. ⁊ ſic quādoꝗ tale nocumē/
tum alijs inferunt ꝙ per leges occidentur
Et ſic patet. ¶ Quarto oſtenditur
preterea ex lege poetica. Nam ſm Vale/
rium de naturis rerum. Antiqui ire viciū
ſub ſpecie martis depingebant ſic. Erat fi
gura hominis furentis in curru ſedentis:
flagellum in manu gerentis. ante quē lu/
pus ſtare depingebatur ⁊c. Hec autem ſi
gnificabant primo ꝙ ira eſt iſana furia. vt
dicit Seneca lib. ij. de ira. Ideo in figura
furentis hominis erat. Secūdo ꝙ volu/
bilis foret. et homo talis vite breuis. ideo
in curru. Tercio ꝙ vindicatiua eſſet ideo
flagellum tenebat. Quarto lupus depin/
gebatur coram eodē. quia ſicut lupus di/
lacerat oues. ſic irati principes dilacerant
⁊ deuaſtant paupes: etiam per calumniā.
Sicut ad idem Eſopus ponit exemplum
parabolicū. videlicet ꝙ dum lupus iret cū
oue quadam et veniſſent ad fluuiū bibere
ceperunt. Lupus a parte ſuperiori fluen/
tis aque: ouis autē ab inferiori. Et impo/
ſuit oui. ſcz calūnioſe ꝙ turbauerit aquā.
Ouis ſimplex reſpondit veritatē. Domi/
ne tamen ego ſum ab infra. ſi a me eſſet a/
que turbatio iſta deflueret ⁊ vos non im/
pediret. Lupus reſpōdit. Ah tu loqueris
ſic ſuperbe ſicut et pater tuus ſemper ꝯtra
me ſuperbit. Et ſic deuorauit eā. Sic mul
ti diuites et pricipes falſa calumnia deuo/
rant pauperes ¶ Tercium periculū in ira
eſt crucifixionis chriſti ⁊ iniurie. Nā adeo
ira facit iniuriā chriſto paſſo: vt videatur ſin
gulas eius paſſiones renouare. Iuxta il/
lud Hebre. vj. Rurſus crucifigētes chri/
ſtum in ſemetipſis. Nam chriſtus capti/
uari voluit vt nos liberaret a diabolica ca
ptiuitate. Contra hoc chriſtianus per irā
captiuari vult a diabolo. Guilhel. in ſum
ma. Tenes iram cum proximo tamdiu te
neris a diabolo. Item chriſtus flagellat⁹
eſt et ſanguinem fudit. iracundus mem/
bra chriſti. id eſt proximos flagellat ⁊ ſan/
guinem fundit illorū vindicañ. Itē chri/
ſtus iniuſte iudicatus eſt et condemnat⁹ a
Pilato: qui debuit potius penam inferre
iudeis cum ſciret ꝙ illi chriſtū per inuidi/
am tradiderant. Sic iracundus non pu/
nit quem deberet. id ē ſeipſum iratum. ſed
proximū qui eſt chriſti membrum: et ſepe
innocens. Item chriſtus in cruce orauit
pro inimicis vt conuertantur: nec ſe vin/
dicauit. Sed iracundus vindictam expe/
tit. O ergo iracunde compatere ſaltē chri
ſto et noli eum in membris perſequi cuius
ſanguine redemptus es a diabolo. ¶
Quartū periculum damnatōnis iuri/
dice. Nam in hora mortis diabolus po/
teſt allegare contra iracundum et iuridi/
ce illum poſſidere ineternum. Primo ex re
gula iuſticie euangelica. que habetur Ma/
thei. vj. vbi chriſt⁹ dicit. Si non dimiſeri
tis hominibus: nec pater veſter dimittet
vobis peccata veſtra. Secundo ex regula
canonica ſimul quoꝗ et Tercio ex lege ci/
uilica. quibus concorditer ſancitum eſt ꝙ
heres non ſeruans teſtamentum defuncti
exhereditādus eſt. xj. q. j. c. Silueſter. ⁊. ff.
de fideicōmiſſis. l. amplius. Sed qꝫ chri/

ſtus legauit hereditatē celeſtem illis q̄ obſeruant charitatem et pacē fraternā ideo iuſtum eſt vt exhereditet̃ et damnetur is q̄ iram tenuit. VI Quintū periculum exorationis cōtra ſe imprecatorie. quia tal' orando dominicā oratione cōtra ſe imprecatur. Unde Athanaſi⁹ ſup dn̄ica oratōe dicit. Si nō dimittis iniuriam que tibi facta eſt nō orationē pro te facis ſed maledictionē ſup te inducis cū in oratōe dominica dicis. Dimitte nobis debita noſtra ſicͭ ⁊ nos dimittim⁹ debitorib⁹ noſtris. Si dicas. nōne ergo melius eſt talib⁹ nec orare pater noſter. Reſpondet̃ ſm Alexan. d ales ⁊ Aſter. ꝙ non debēt ꝓpterea dimittere quin orent. quia ſi nec orant nec quicquid boni faciūt diabolus maiorē poteſtatem in eis habebit. Sed tales orent pater noſter in pſona eccleſie ⁊ nō in pſona propria. q² ſic mentirent̃ ⁊ ſup ſe maledictōes impcarent̃ vt dictū eſt. Ecce ergo ptz q̄nto in piculo ſunt poſiti iram tenētes. Ve ergo ⁊ ve talibus. O chriſtiane noli in te fouere diabolū p iram ⁊ odiū ex q̄b⁹ innumera mala oriunt̃. ſcȝ homicidia ⁊ huiuſmodi. Itē bella maledictōes ⁊ rixe. ⁊ q̄nꝙ recurſus ad ſortilegia. Exemplū cōſolatoriū pro excitatione dormitantiū narratur ꝙ vxor cuiuſdā viri recurrēs ad mulierē ſortilegam voluit maritū ſuum vt incantatiōib⁹ ꝓuocaret illum ad amorē ſuū Et illa cōmiſit vt ſibi apportaret de pilis oculorum mariti. Cumqꝫ vir ille ad mercādum cū ſocijs deberet ire longius vxor ei⁹ dixit ei. O mi dn̄e da mihi aliquid de pilis oculoꝝ tuorū vt teneam interim apud me p memoria tue dilectōis. Vir aſtutus dedit ſibi de pilis faretre ſue quā ſup ſe habebat. Cūqꝫ ptrāſita dieta cum ſocijs hoſpitati forent in hoſpitio ⁊ ſero lete cōuerſarentur. ecce faretra illius pendēs in gomſo cōmota ſtrepitū fecit. Dixerūt omnes. Quid hoc. Vir ille recognoſcēs dixit. Forſitan vias vult currere. ⁊ ſic tercio cōmota reuerſando ſagittis excidentib⁹ hic ⁊ illic exiuit p oſtium donec domū peruenit. Unde illius vxor confuſa contra intentū verbera incurrit.

X Circa ſecundū d mortali offenſa ire Querit̃ quare ira reputat̃ peccatum graue ⁊ mortale. Cum enim vt Auguſtin⁹ dicit. nullus peccat in eo quod vitare nō poteſt. ſed iram nullus homo vitare poteſt cum ſit naturalis paſſio homis. Unde pſal. iiij. ſcribitur. Iraſcimini ⁊ nolite peccare. Ubi glo. dicit. Motus ire n̄ eſt in poteſtate noſtra. ergo nō videt̃ peccatum. Sed ad hec reſpondet̃ ſm Tho. ſecunda ſecūde. q. clviij. et Anthoninuȝ. ij. pte. ti. vij. ⁊ etiam Angelicā ſummā Aureolū in cōpendio ⁊ alios regulas certas recolligendo. Prima de paſſione qua quis turbatur ꝙ nulla paſſio ire vel alteri⁹ cuiuſcunqꝫ eſt peccatū ſub ratōne paſſionis pure ſed habet potius rationē pene. Ratio q̄a ineſt nobis a natura. ſicut paſſio famis ſitis ⁊ triſticie mentis ⁊ huiuſmodi. Unde. iij. ethicoꝝ. Paſſionib⁹ naturalib⁹ nec meremur nec demeremur. Et q̄m ira ꝓprie loquēdo eſt paſſio naturalis aīe ſenſitiue a qua vis iraſcibilis denominat̃. ido vitari nō poteſt. vt patȝ p obiectōem iaȝ p̄fatam. ⁊ ſic nō eſt peccatū. Nā vt ſic etiā in brutis eſt ira. ⁊ oēs hoīes inclinati ſunt ad iram. magis tamē colerici ratōe ignee complexionis. ⁊ mlīeres ratōe debilis rationis. Eccli. xxv. Non eſt ira ſup irā mulieris. Secūda regula de ipa paſſione dum ratōne regulat̃ ꝙ omnis paſſio inq̄tum ratōe recta regulat̃ eſt bona. ⁊ inquātum ordinē ratōnis excludit eſt mala. Proinde paſſio vel motus ire in hoīe poteſt eē quādoqꝫ virtuoſa ⁊ bene meritoria. ſicut cum quis rationabiliter iraſcit̃ ꝓpter peccata ſubditorū vel aliorū. Et hec eſt ira p zelum. Nam ſic chriſtus etiam iratus contra phariſeos redarguit eos et eiecit emētes ⁊ vendentes in templo. Item poteſt ira eſſe vicioſa quādo non eſt ſm ordinem rationis. et talis dicit̃ ira per vicium. q̄ diffinitur ſic. Eſt inordinatus appetitus vindicte ſm doctores ſupra. Et notanter dicitur inordinatus. quia ſi eſſȝ ordinat⁹ appetitus vindicte nō eſſȝ petm̄ ſȝ zel⁹ laudabil'. Sȝ quō fit inordiat⁹ tal' appetit⁹. Dicēdū ꝙ trib⁹ modis Pr̄o ex pte mali q̄d alteri appetit̃. Secūdo ex parte modi q̄ q̄s intra ſe iraſcit̃. Tercio ex parte facti quod extra oſtendit̃ vt patet in regul' ſubſeq̄ntib⁹.

y Tertia regula ꝙ ira pōt eſſe mor/
talis culpa ex pte mali qḋ alteri appetitꝫ ꝑ
vindicta videlicet ſi appetit q̄s iniuſtā vin
dictā vel punitionē ꝓximi notabilē delibe
rate. hoc aūt fit pmo ſi punire vult eum q̄
nō meruit. Secūdo ſi pl⁹ ꝙ̄ meruit. Ter
tio ſi nō ſm modū legitimū ꝓceſſit ad pu
niendū illū. Quarto ſi nō ꝓpter bonū iu/
ſticie ɔſeruandū hoc. ſ. voluit: ſꝫ pncipalit
ꝓpter vindicandū vel ꝓpter malū illius vt
ex eo ſatieꝫ quodlibet hoꝝ mortale ē. quia
ɔtra charitatē ⁊ ɔtra iuſticiā intēdit: alꝛs
veniale eſt. vt punire in modico ſicut tra/
here puerū capillis ⁊ hmōi. Quarta re/
gula ꝙ ira poteſt eſſe mortalis culpa ex p/
te modi quo quis iraſciꝫ ab intra. ſcꝫ cum
quis tanta vehementia ire feruet vt deci/
dat a dilectiōe dei ⁊ ꝓximi qḋ ɔtingit quā
do ira tranſit in odiū. tunc eīm fit mortale
Hec Anthon. Quīta regula de facto
vel ſigno qḋ oſtendiꝫ ē ſcꝫ ꝙ ira poteſt eſ/
ſe mortalis culpa ex pte ſigni vel facti qḋ
quis oſtendit ab extra vicꝫ cū quis ex ira
oſtēderet ſigna odij: ⁊ ex hoc ſcādaliſaret
notabiliter ꝓximos. qꝛ negat ſigna cōmu
nia charitatis vicꝫ ſalutantē nō reſalutat
interrogāti dū deberet nō reſpōdet. vꝉ cū
cōmuniter orans illū inimicū excludit ab
orōne. Hec ſm Richar. Secus de ſignis
ſpecialibꝫ ad que q̄s nō teneꝫ oſtēdere. q̄a
veniale eſt. Silꝛ eſt de ira eoꝝ q̄ gerūt cu
ram domorū ⁊ ſubditoꝝ in q̄bus accidit
quotidiana ira ⁊ ɔturbatio aliqua. ſicꝫ di
cit xp̄s marthe Luce. x. qꝛ venialis ⁊ non
mortalis eſt talis ira vt cōmuniter. Hec
Anthon. ſ.

z Circa tertium de filiabus q̄
ꝓducit ira queriꝫ. quales ſūt filie ire crimi
noſe de q̄b⁹ ɔfiteri teneꝫ hoīes ex neceſ/
ſitate. ad qḋ ſm Grego. xxxi. moralꝛ. ponū
tur aliq̄ q̄bus in Angelica ſupadduꝫ plu
res: aliter tn̄ ꝓſequemur practice. Et pri/
ma dr̄ indignatio. Scd̄a rixa. Tertia ani
mi tumor. Quarta ɔtumelia. Quīta vitu
perij clamor. Sexta maledictio. Septīa
dī vel ſanctoꝝ blaſphemia. Octaua iniu
ſtū bellū. Nona ſanguinis effuſio. De ali
q̄bus hoꝝ ꝓp̄lo magis. ſ. neceſſarijs age/
mus etiā in ſpēalibꝫ ſmonibꝫ. Sꝫ hic bre/
uius notem⁹ ꝑ practica ɔfeſſiōīs ꝙ ɔfitē
dū ē De indignatiōe. Si q̄s ex ira nō lo
quiꝫ ꝓximo in caſu q̄ teneꝫ ex p̄cepto mor
tale ē. vel ſi h̄ facit cuꝫ ſcādalo notabili vt
dictū ē q̄nta regula. De rixa. Si rixaꝫ q̄ſ
ɔcutiēdo ꝓximū aīo vindicādi vel nocēdi
notabiliꝫ mortale ē: alꝛs veniale vt i puerꝫ
De animi vel mētis tumore: h̄ ē q̄n q̄s i
plicat mentē deliberate excogitādo vias
diuerſas ⁊ modos q̄bꝫ poſſet ſe vindicare
⁊ de h̄ iudicādū ē eo mō q̄ de ira ex q̄ proce
dit vt patuit. De ɔtumelia vel cōuitio.
Si dixit talia ꝟba. ſ. ꝙ ſūt infamatoria co
rā alijs mortale ē. de h̄ ſermōe. xxiiij. K.
De clamore: h̄ eſt ſm Aureo. dū q̄s exal
tat vocē ꝑ vituperiū: idē vt de ɔtumelia.
De maledictōe. ſer. xxv. O. De blaſfe/
mia dei ⁊ ſctōꝝ. ibidē. T. De bello. Si
q̄s mouet bellū iniuſtū. ⁊ oīs q̄ dat auxiliū
ɔſiliū ⁊ fauorē mortaliter peccat. ⁊ ad re/
ſtitutionē teneꝫ. ſecus de iuſto. De ſan/
guinis effuſiōe. ſ. notabili vel enormi ſi ſi/
ne iudicio iuſto fecit vel homicidio ɔſiliū
vel cauſaꝫ dedit. Hec ſufficiāt ad preſens
Rogemus aūt dn̄m ieſū vt det ⁊c̄.

Feria ſecūda poſt dn̄icā tertiā Sermo
viceſimuſtertius de ira peſſima capitali ⁊
ei⁹ remediatiōe.

R Epleti ſunt
oēs in ſynagoga ira Luc. iiij.
⁊ in euāgelio hodierno. Sicꝫ
Lyra dicit dn̄s ieſus multis miraculꝛ ſuā
deitatē ɔfirmañ. inter ſuos ꝓpīq̄s pauca
miraclꝛa fecit. qꝛ erāt idigni eo ꝙ miraclꝛa
xp̄i ñ credebāt eē ꝟa. ⁊ ipꝫ deſpiciebāt ꝓpꝫ
paupꝫtatē ſuā ⁊ ɔentū ſuoꝝ. q̄ lꝫ forēt nobi
les erāt tn̄ paupes. Vñ phariſei illi de na
zareth dixerūt ad ieſū dſpectiue. Quāta au
diuim⁹ facta in caphar. fac ⁊ hic in patria
tua. ac ſi di. Si faceres ꝟa miracula citius
faceres inter ꝓpīq̄s ⁊ in ciuitate tua ꝙ̄ i
ter extraneos. Sꝫ ipe xp̄s dn̄s rn̄dit oſtē
deñ. ꝑ exēpla helie ⁊ helyſei ꝙñ niſi ex ipo
rū malicia eēt ꝙ nō faceret inter eos talia
Sicut nec helias miſſus fuit ad mulieres
alias eo ꝙ nō eſſent ita deuote: ſed ad ſare
ptanā gētilē deuotā. nec heliſeus munda

dauit alios lepros͛os ꝓpter ingratitudinē erga deū. q꞉ declinauerat regnū iſrael ad idolatriā.ſed naaman mūdauit gentilē q̄ erat bon⁹ ⁊ ad deū ꝯuerſurus. Tūc illi d̄ nazareth repleti ſūt oēs ira:hec audieñ. ſcꝫ ꝙ ꝑponebat eis gētiles ⁊ voluerūt occidere eū.ſed dñs ꝟtute deitatis ꝑ mediū illoꝝ illeſus trāſiuit. Et vt Beda dic̄.deſcendens de monte ſub rupe latere voluit vbi ſaxum illud tanq̄ꝫ cera ſoluta ſinū fecit.in q̄ xp̄us ē receptus ⁊ oīa lineamēta ⁊ ruge veſtis ibi adhuc apparēt. d̄ his in euāgelio. Itaq̄ꝫ de ira in qua ⁊ mō mł'ti pleni ſunt ⁊ peccant ꝯtra xp̄m reſtāt adhuc tria myſteria declarari in h̄ ſermōe.

¶ Primū de eius pctī grauitate.
¶ Secūdū de capitali ſublimitate.
¶ Tertiū de remediali qualitate.

A Circa primū de grauitate pctī ire querif. vtrū ira ſit grauiſſimū omniū peccatoꝝ ꝯtra ꝓximū cōmiſſoꝝ. Naꝫ Chryſ. omel'.xlviij.ſup Ioh. videf dicere ꝙ ſic. Nil inq̄t turpius viſu furētis.ire em̄ ⁊ inſanie nil eſt mediuꝫ. Sed rñdetur ꝺm Rayne.in ſūma iuxta dicta ſancti Tho.ij ij.q.clviij.ꝙ circa grauitatē pctī pñt tres attēdi ꝯſideratiōes ꝺm quas iudicaf grauı⁹ vnū alio. Primo pōt conſiderari grauitas peccati ex eius nocumenti illatione Nam illud peccatuꝫ grauius eſt qd̄ mai⁹ nocumentū infert ꝓximis.⁊ ſic ira in effectu exteriori videlicet rapina homicidio ⁊ bello ac h'mōi poteſt eſſe grau⁹ peccatuꝫ q̄ꝫ internū odiū. Sed ſi cōſiderem⁹ irā ꝑut tm̄modo manet in corde ⁊ ſimilif odium. Sic grauius peccatū eſt odiū q̄ꝫ inuidia.⁊ inuidia eſt grau⁹ q̄ꝫ ira. Ratio.q̄a odiū appetit ꝓximo malū vel nocumētuꝫ ſub rōne mali. ſꝫ inuid⁹ appetit ſub rōne ꝓprie glorie.iratus aūt ſub rōne vindicte. qd̄ habet aliq̄d iuſticie q̄nq̄ꝫ.ideoq̄ꝫ min⁹ malū eſt vt ſic ira q̄ꝫ inuidia.q꞉ ira appetit vindictaꝫ ſub rōne cuiuſdā boni iuſtioris qd̄ eſt vindicta.ſed inuidia ſup rōne ꝓprie glorie vt ipſe ſit felicior altero cui inuidet. odiū ꝟo q꞉ appetit ſub rōne mali maluꝫ. qd̄ eſt peſſimū ⁊ ꝯtra charitatē. B Scdo pōt conſiderari ḡuitas pctī ex charitatis oppoſitiōe. Et ſic ceteris paribus inter oīa peccata que cōmittunf in ꝓximū odiū eſt grauiſſimū ꝓpter directā contrarietatē charitatis. Sicut em̄ charitas eſt virtutū potiſſima:ita a contrario odiū eſt omniū vitioꝝ peſſimū. Et ſic claret ꝙ odiū multo grau⁹ eſt q̄ꝫ ira. Primo quia odiū ꝯtrariaf charitati directe.ideoq̄ꝫ ex ſuo genere eſt mortale.ſed ira non ſemper nec ex ſuo genere ē mortalis. Vñ glo.ſuper illud Ps̄. Iraſcimini ⁊ nolite peccare dicit. Venialis eſt ira que nō ducif ad effectū.ſ.notabilē. Secūdo q̄ꝫ q꞉ paſſio ire citi⁹ tranſit:ſed odiū ꝑmanet. Vñ phs.ij. rhetorice dicit ꝙ odium eſt magis inſanabile q̄ꝫ ira. Tertio pōt conſiderari grauitas pctī ex modali deordinatōe. ⁊ ſic illud peccatū grauius eſt qd̄ magis aufert rōnem homis ⁊ minus habet de miſericordia in ꝓximū.⁊ ſic ira eſt grauiſſimū pctm̄ q꞉ ſup oīa alia aufert rationē hoīs. Catho. Ira impedit animū ne poſſit cernere verū. Et q꞉ eſt ferociſſima ⁊ impetuoſa ſine vlla miſericordia. Prouerb.xxvij. Ira nō h꞉ꝫ miſericordiā nec erūpēs furor.⁊ ſic itelligendū ē dictū Chryſ.ſup in obiectiōe ⁊ ſic patet. C Sed di. Quid de cōcupiſcentia an grau⁹ peccatū ſit q̄ꝫ ira. Rñdetur ꝺm ꝑdictos doctores ac alios cōiter ꝙ ex quo ira tēdit in vindictā q̄ eſt iuſticie bonū.ideo eſt min⁹ malū q̄ꝫ ꝯcupiſcentia q̄ tēdit in bonuꝫ delectabile qd̄ nō habet rōnē iuſticie. Vñ phs.vij.ethicoꝝ dicit.ꝙ incōtinēs ꝯcupiſcētie eſt turpior q̄ꝫ incōtinēs ire. Verūtamē ſi ira deducif ad odiū ꝑſeuerās eſt grauiſſimū oīm pctoꝝ in ꝓximū cōmiſſoꝝ ceteris ꝑibus. qm̄ vt Auguſt.⁊ Chryſ. de cōpunctiōe di. Hūanuꝫ eſt peccare:ſed diabolicū in odio ꝑſeuerare. O ergo homo xp̄iane noli fieri diabolus per iram.

D Circa ſecundū de capitali ſublimitate inquirenduꝫ eſt quare ira magis ponif ꝑ vitio capitali q̄ꝫ odiū:qd̄ tamē ḡuius peccatū eſt cōter. Reſpondef ꝺꝫ Anthon.p.ij.ti.vij.c.j. Quia inquit ira habꝫ finem multū appetibilē.quoniaꝫ appetit malū ſb̄ rōe boni:id eſt iuſti magis q̄ꝫ odium qd̄ appetit ſub ratiōe mali. Itē qu ia habet plures ſpecies.⁊ odiū ac alia mul

ta vitia ex ira tanq̄ ex p̄ncipali oriunť: vt patuit ſermone p̄cedenti. Sed quot ⁊ que ſunt ſpecies ire philoſophus .iij. li. ethicorum ponit tres.

¶ Prima acuta.
¶ Secunda diciť amara.
¶ Tertia diciť grauis.

Prima diciť acuta qua quis cito ⁊ ſubito iraſciť ⁊ leuiter ceſſat ab ira. ⁊ hoc eſt optimū in talibus ꝙ nō retinent iram in corde quia diciť Eccī. c. vij. Ira in ſinu ſtulti reqeſcit. ⁊ tales ſunt ſepe cholerici ſm Alber. li. j. de motib⁹ animaliū tractatu. ij. Secūda diciť amara que ꝑmanet ⁊ i vetuſtatem deuenit. ⁊ ſunt amariſſimi in ſe donec diutius iram digerāt ad quā maxime diſponunť melācolici ſm Alber. ſup̄. Tertia diciť grauis vel difficilis que obſuat tēpus ad penam inferendaꝫ. nec ceſſat ab ira concepta donec vindictā faciat. ⁊ h̄ eſt peſſimū. E Notandū autē ꝙ vt phs vij. ethicoꝝ. ⁊ ſup eodē Alber. di. ꝙ ira ſuper oīes alias paſſiones corꝑales ē valde naturalis. quia frequēter innaſciť a parentib⁹ ⁊ tranſit ab eiſdem in genitū. cauſam quā ponit dimitto. Exemplū recitat ibidē Alber. ꝙ quidā accuſatus de hoc ꝙ patrē ꝑcuſſerat excuſañ. ſe dixit. ꝙ ira foret ſibi ex patre igenita. in cuius ſignuꝫ pater ſuus patrē ⁊ auus ꝓauū ꝑcuſſerat. ⁊ oſtēdit filiū ſuū pueꝝ dicens. Et iſte filius ꝑcutiet me cū increuerit. oīibus inquit nobis ſm totā genealogiā ira eſt. ⁊ alius per filiū ſuū tractus ad oſtiū dixit filio. Ulterius iaꝫ nō trahe. quia ⁊ ego ipe antea patrem meū nō vltra q̄ ad oſtiū traxeram. ⁊ ſic ira a parētibus contrahiť: licet inequaliter ſit in patre ⁊ filio. Hec Alberť. Ecce ergo peſſimū hoc vitiū quantū debent cauere oīes.

F Circa tertiū de remedioꝝ q̄litate nota plūia remedia ire tradita a doctorib⁹ q̄ doꝫ hō ꝯſiderare vt irā poſſit vincere ⁊ patiēs fore. Primū dꝛ aduerſe ire a deo admiſſio. qꝛ Aug. ꝓ generali regl'a pōit ꝙ nil fit in mūdo qđ nō ex aula impiali diuine maieſtatis ꝓcedat. Sic ḡ cogitās ꝙ deus ꝑmiſit tibi talia aduerſa ⁊ pati vult vicēs te ne iraſcarꝭ. ſicut vincit dauid ſe cum malediceretť a ſemey di. Dn̄s miſit euꝫ vt maledicat dauid. ij. Reg. xij. Scđm dꝛ beatitudinis future p̄miatio quā xp̄s ꝓmiſit patiētib⁹. Tertiū dꝛ crucꝭ xp̄i cogitatio Grego. Si paſſio xp̄i ad meoriā reuoceť: nil tā duꝝ qđ nō eq̄ aīo toleretť. Quartuꝫ dꝛ defectuū ꝓprioꝝ recognitio. qꝛ facil⁹ q̄ſ portat defect⁹ alienos dū ꝓprios agnoſcit Aug. Iraſcerꝭ ſuo tuo ne peccet iraſcere tibi ne pecces. Quintū dꝛ elocutōis euitatio. Ps. Poſui ori meo cuſtodiā dū ꝯſiſteret pctōr aduerſū me. G Un̄ legiť exēplū in vita phoꝝ ꝙ Dyogenes ſilētio irā vicit. Nā cū q̄dā in eū cōſpuiſſet ꝓterue: ⁊ ipe nil diceret interrogat⁹ an ꝯtra illū eēt irat⁹. Rn̄dit. Nō iraſcor: ſꝫ dubito an iraſci oporteat: vt narrat Seneca li. iij. đ ira. Rurſū cū ali⁹ eū v̄bis dehoneſtaret ⁊ taceret interrogat⁹ cur nō rn̄deret. Rn̄dit. Nolo ꝯtēdere cū hoīe ſuꝑ re in q̄ ille q̄ obtinet vilior habeť. Itē Theodoſi⁹ imperator cū ſe iratum ſentiret nūq̄ ſentētiā ferebat niſi p̄us xxiiij. l'ras moroſe intra ſe diceret. ⁊ p̄cepit miniſtris vt nil pōderoſum qđ ſero p̄cepiſſꝫ exeq̄renť niſi mane idē cōfirmaret. O q̄ntuꝫ ḡ xp̄iani deberēt ſe ab ira cauere. Sextū dꝛ future mortꝭ incerta ꝯditio. Un̄ Eccī. xxviij. Memēto nouiſſimoꝝ ⁊ deſine inimicari. Exēplū in vitaſ patrū legiť đ ſctō iſaac abbate. q̄ reqſit⁹ q̄re demones eū timerēt ⁊ fugerēt. Rn̄dit Ex quo fact⁹ ſuꝫ monach⁹ ſtatui in me vt ira extra guttur meū nō ꝓcederet. ideoq̄ ſic me timēt demoneſ. Et ꝑ ꝯ̄riū ad iracūdos accedūt p̄ſertim in morte. qꝛ ius poſſeſſionis habēt in eis. Ue ḡ talib⁹. Rogemus chriſtum ⁊c̄.

¶ Feria tertia poſt dn̄icā tertiaꝫ Sermo viceſimuſquartus de ꝯtumelijs ⁊ ꝯuitijs ac vituꝑijs q̄ naſcunť ex ira.

Domine quotiēs peccauerit in me fr̄ me⁹ ⁊ dimittā ei Mat. xviij. ⁊ i euāgelio. Hanc queſtionē fecit petr⁹ chriſto. ⁊ ipe dn̄s chriſtus docuit euꝫ ⁊ oēs diſcipulos. i. xp̄ianos ꝙ nūq̄ debeant irā tenere ſꝫ dimittere p̄xis ſeptuagieſſepties. i.

toties q̄tiēs. q2 numer⁹ determinat⁹ poni tur p indeterminato. Docuit etiā quō de beat quiſq3 corrigere fratrē ſuū peccātē Pri mo in occulto. Secūdo in alioꝝ cōſpectu Tertio in publico p eccl'iam ꝛ ei⁹ p̄latos vt ꝺ iſtis patet clare in euāgelio. Sꝫ qm̄ multi ſolent q̄tidie peccare in ira ꝯtra ꝓxi mos p ꝯtumelias ꝛ ꝯuitia ac vituperia ꝛ hmōi quaſi ꝯſuetudinarie. Jdcirco ꝺ iſtꝫ vitijs vt ſciāt ꝯfiteri tria myſteria decla rabim⁹ in hoc ſermone.

Primū ꝺ2 ſollicite cohibitiōis.

Secundū ꝺ2 mortifere offenſiōis.

Tertiū ꝺ2 pacifice toleratiōis.

Aliud thema p hoc ſermōe Prouer. x. Qui ꝓfert cōtumeliā inſipiens eſt. Lyra. id eſt oſtēdit ſe inſipientē p ꝯuitia. q2 cum ex abūdantia cordis os loquit᷑ Mat. xij. patet talē eſſe in corde malū.

H Circa primū de cohibiti one contumelie vel conuitioꝝ ꝛ vituperi orū vt nouerim⁹ talia vitia fore valde de teſtabilia notemus tria. Primo de noti cia quid ſit contumelia. Et ſm̄ Anthoñ. ij. pte. ti. vij. ca. vj. ac fratrē Angelū alioſq3. Cōtumelia eſt expſſio defect⁹ alterius corā eo p verba vel etiā p facta ad ip̄m de honorādū. Vñ Glo. Ro. j. dicit Cōtume lioſi ſunt q̄ dictis vel factis iniurias ꝛ tur pia alijs inferunt. Exempli gratia de ver bis. Si quis dicat alicui in vituperiū q̄ē latricus fur ꝛ hmōi. Si autē p ꝓiciat lutuꝫ vel ſputū ꝛ hmōi in illis factis irrogat cō tumeliā. Secūdo de differētia. quō vicꝫ differūt contumelia ꝛ conuitium. Et ſm̄ Alexan. ꝛ Tho. ij. ij. ac theologos. contu melia ꝓprie eſt ſolum culpe. vt ſi dicat ali quē furem adulterū ꝛ huiuſmodi. Sꝫ cō uitiū extendit ſe generaliter ad omnē vicꝫ defectū culpe vel etiā pene. vt dicendo ali quē ſlauū ſpuriū: mendicū: cecū: cū ſit: cō uitiū dicit tm̄mō. Sed dicēdo illū furem iniurioſe contumeliā ſimul ꝛ conuitiū in fert. tamē vnū p reliquo ſepe accipit᷑ idif ferēter. Et apud nos cōmuniter vituperi um nominant᷑. i. zychok. J Tertio ergo de malicia deteſtabili taliū peccato rū notandū. q̄ pluribꝫ ratiōibus debent homies deteſtari ꝛ ſe cohibere ab hmōi vi tijs. Prima dicit᷑ vulneris charitatis. q2 talia verba multū vulnerant ꝛ ledūt cha ritatē ꝛ amiciciā hominū quia penetrant ꝛ vulnerāt cor amici. Vñ Ecci. xxij. Mit tens lapidē in volatilia deijciet ea. Sic q̄ ꝯuitiat᷑ amico diſſoluit amiciciā. Unde ſi cut debet quis cauere ne lapidibus impe tat ꝓximū vel pcutiat illū baculo aut vul neret iaculo: ſic nec pcutere debet cōuitio

Secūda ratio dicit᷑ infernalis idiomatꝫ Nā Chryſ. dicit. Unuſquiſq3 de qua gē te ſit p linguā. i. idiomate cognoſcit᷑. Sic qui eſt de terra vel gente infernali p talia maliloquia ꝛ conuitia agnoſcit᷑. quia hec habēt eſſe in inferno. Sicut p contrariuꝫ verba laudis diuine habent locum perpe tuum in celo. Jdeo Prouerb. x. Labia iu ſti conſiderāt placita ſcꝫ deo. os aūt impi orū pu̇erſa ꝛc̄. Sed heu mō videm⁹ q̄ cu riales multi gloriant᷑ ꝛ gaudent de hoc q̄ nouo ꝛ inaudito modo vitupia formare norunt. Sed hoc quid aliud ē q̄ꝫ gaude re de diabolica ſimilitudine ꝛ dānatione. Nam p̄mo omniū diabolus dixit vitupe riū mendax ꝯtra deū in paradiſo di. pare tibus p̄mis. Nequaq̄ꝫ moriemini. ſcit eñ deus q̄ quacūq3 hora comederitis apien tur oculi vr̄i. ꝛ e. ſicut dij ꝛc̄. ꝛ ſic iuidū de um eſſe dixit. Tertia ratio dicit᷑ ꝯcurren tis culpe multiplicꝫ. Nā in talibꝫ ꝯcurrūt innumerabilia mēdacia dicēdo filiū anti qui canis vel aſini vel filiū meretricꝫ ꝛ hu iuſmōi. Jtē qñq3 ꝯcurrit infamia. qñq3 p iuriuꝫ ꝛ dei blaſphemia. bella iniuſta. ho micidia. ꝛ ſanguinis effuſiōes. q2 inde ꝓxi mus cōcitat᷑ ad irā: rixas: verbera ꝛ pre lia. Deniq3 talibꝫ aſſuet⁹: nec ſufficit ꝯfi teri omia hmōi pctā: ꝛ vix corrigit᷑. iuxta il lud Ecci. xxiij. Hō aſſuet⁹ verbis impro perij oibꝫ diebꝫ ſuis nō erudiet᷑. Ve ḡ mł tiplex talibꝫ cū mortaliter in hmōi pecca uerint. R Sꝫ q̄rit᷑ an liceat correcti onis cauſa dicere alicui hmōi ꝯuitia vł cō tumelias ſiue vitupia. Rñdet᷑ ſm̄ Tho. ij ij. q. lxxij. ꝛ in Angelica. q̄ ſicut licet ver be rare vel in rebus dānificare cauſa diſcipli ne: ita ꝛ ꝯuitiū dicere. Nā ꝛ xp̄s dñs dixit diſcipulis. O ſtulti ꝛ tardi corde. Et pau lus inſenſatos galathas dixit. Vñ Aug. li. de ſermone dn̄i in monte dicit q̄ raro ꝛ

magna neceſſitate obiurgatões ſūt adhi bēde. in q̄bus nō vt nobis: ſed vt dn̄o ſer uiat̄ inſtem⁹. Deniq̄ʒ in Angelica. c. inter rogatiões. circa irā dꝛ. Aduerte hoc ꝙ li cet q̄s nō dicat ꝯuitiū vel ꝯtumeliā vt illi auferat honorē ſʒ cauſa correctōis. ſi tñ di cit talia q̄ de ſe notabiliter ledūt: puta mu lieri dicit ꝙ eſt putana. i. meretrix peſſima vel alicui ꝙ eſt traditoꝛ ⁊ hmōi. ⁊ audien tes ſcādaliſant̄ ō tali cui dicit̄. qꝛ ſic credūt eē nō excuſat̄ a moꝛtali pctō. Hec Angel.

L Circa ſecundū de moꝛtali offenſiōe querit̄. vtrū ꝯtumelia vel ꝯuitiū ſit moꝛtale pctm̄. Rn̄det̄ ſm Tho. ſ. Alex an. ⁊ Antho. ⁊ Angelicā. ꝙ ꝑ generali te nendū ē hoc vicʒ ꝙ in pctis verboꝝ maxie attendēdū eſt quo aīo verba ꝑferant̄. Po teſt aūt verbum hmōi dici tripliciter. Pri mo aīo iniuriādi. vt ꝑ verba q̄ ꝑfert aufe rat honorē alteri⁹. ⁊ hoc ꝓprie ⁊ ꝑ ſe ē dice re ꝯuitiū vel ꝯtūeliā. ⁊ ſic loquēdo ē pec catū moꝛtale nō min⁹ q̄ʒ furtū. qꝛ ledit ꝓ ximū in honoꝛe ꝯtra iuſticiā ⁊ charitatē. honoꝛ aūt diuitijs p̄fert̄. Sʒ ſi quis talia alio aīo dicit nō eſt ꝯuitiū formaliter ⁊ ꝓ prie ſed ꝑ accidēs ⁊ materialiter inq̄ʒtū. ſ. dicit̄ id qd̄ pōt eē ꝯuitiū Vn̄ poteſt hmōi dici Secūdo ex aīo ſolatiādi. ⁊ tūc eſt ve niale pctm̄ ſcʒ cū verbū ꝑfert̄ ex aliq̄ ani le uitate vel leui ira abſq̄ʒ firmo ꝓpoſito de honeſtādi: vt puta qꝛ intēdit ꝯtriſtare leui ter ſolū illū. Si aūt etiā aīo ſolatiādi ex le uitate vel ludo ꝑferret verbū tale qd̄ eſſet ꝯtra honorē alteri⁹ vel de q̄ extimare poſ ſet ipm̄ notabiliter iraſci ⁊ odiū incurrere vel aliqd̄ graue pctm̄ nō excuſaret̄ a moꝛ tali etiā ſi hoc nō intēderet. Sic cū q̄s i lu do grauiter ꝑcuteret mutilādo nō excuſa ret̄ a culpa. Proinde debet hō eſſe mode rat⁹. qꝛ xp̄us dicit Matth. v. Qui dixerit fratri ſuo fatue: reus erit gehēne. Sʒ h̄ p̄ cipue intelligit̄ ſi dixerit aīo iniuriādi. ⁊ ta lis vltra moꝛtale tenet̄ ad ſatiſfactionem. Sed di. Quō tenet̄ quis ſatiſfacere pꝛoxi mo quē verbo leſit. Reſpondet̄ ſm Vm bertū in expoſitiōe regl'e. ⁊ Anthoñ. ti. vij ca. vi. §. v. ꝑtʒ ſecūde. ꝙ tenet̄ ꝓut offēdit i ſecreto vel in publico. Nam ſi offendit ver bo i ſecreto ⁊ offenſus q̄rat ſibi ſatiſfactōʒ fieri in publico nō tenet̄ offendēs ſic fur q̄ latēter accepit nō tenet̄ publice ſʒ in occul to reſtituere. Excipit̄ ſi factū in occulto eſt publicatū. deniq̄ʒ ſi offendit in publico nō ſufficit ſatiſfacere in occulto. Sed q̄d ſi of fenſus nō vult contētari niſi offendens di cat ſe fuiſſe mentitū. Rn̄det̄ ꝙ ſi veꝝ dixit nō tenet̄. nec ille debet exigere. ſed ſi ſcit vl' credit eſſe falſū vel incertū aut dubiū pōt dicere aliq̄ verba alleuiātia: puta ꝙ audi erat ⁊ tūc credebat. nūc aūt nō credit vl' ꝙ ex ira dixit ſi ſic eſt. nec debet dicere ſe fuiſ ſe mentitū ſi nō fuit mētitus. Hec in An tho. Tertio pōt dici tale verbū ex aīo coꝛ rigendi. ⁊ tūc nullū eſt pctm̄ ſi fiat debito mō vt dictū eſt ſupꝛa nec debet ſatiſfacere

M Circa tertium de tolera tiōe querit̄. vtrū hō teneat̄ illatas ꝯtume lias ſemꝑ tolerare patiēter. Reſpōdet̄ ſm Tho. vbi ſupꝛa. ⁊ Anth. ⁊ in Angelica. ꝙ q̄ʒtū ad p̄parationē animi ſcʒ q̄n op⁹ eſſet ſemꝑ ſuſtinere debʒ ſicut ⁊ alia dāna Vn̄ xp̄s dicit ꝑcutiēti maxillaʒ p̄bere. Et ſm Aug. hoc q̄s tenet̄ ſm p̄parationē animi quādo opus eſſet. ſed q̄ʒtū ad actū non ſꝑ tenet̄ ſuſtinere. ſed

Aliq̄n tenet̄ nō ſufferre.
Aliquādo aūt decet tolerare.
Aliquādo ꝓo ſatiſfactionē exigere.

Primo aliq̄n tenet̄ quis nō ſufferre ſed rep̄hendere. Nā ⁊ ſaluatoꝛ contumeliat⁹ facto cum ꝑcuſſus eſt in faciem ꝑcuſſoreʒ reprehendit Joh. xix. Et ad hoc tenet̄ ho mo triplici caſu. Primo quādo talis rep̄ henſio cedit in bonū ꝯtumeliātis vt puta ad rep̄mendū eius audaciā. Secūdo q̄n do ex ſufferentia alioꝝ ꝑfectus impediret̄ Vn̄ Grego. ſuꝑ Ezech. dicit. quoꝛuʒ vita in exēplo imitatiōis eſt poſita debēt ſi pn̄t verba detrahentiū ſibi cōpeſcere ne eoꝛuʒ p̄dicationem nō audiāt qui audire pote rant ⁊ in pꝛauis moꝛibus remanentes be ne viuere contēnāt. Hec ille. Tertio quā do ex taciturnitate cōtumeliatus infami am incurreret. qꝛ vt Aug⁹ dicit crudelis ē qui famā negligit ꝓpꝛiā. xij. q. j. ca. Nolo. Secūdo aliquādo decet tolerare ſcʒ ra tiōe euitande temeritatis ne magꝭ ad irā accēdat contumeliantē. ⁊ ratōe conſeruā

de virtutis patientie.⁊ etiā ratiōe incorri
gibilitatis. Cū em̄ contumeliās eſt incor/
rigibilis nec in eū habes autoritatē ſuffer
re debes. Sicut ⁊ xp̄s corā herode ⁊ pila
to obſtinatis iudeis contumeliātibus nō
reſpondit. Tertio aliquādo licet ſatiſfa/
ctionē exigere in iudicio. quia ſm̄ Lyrā ⁊
in Angelica. Cōuitiator vltra peccatū te
netur p ſe vel p interpoſitā pſonam contu
meliato culpā ſuā dicere ⁊ veniā petere ſa
tiſfaciendo vt pmo articulo dictum eſt.
¶ Excipit̄ platus ⁊ paterfamilias qui
corrigēdo licet exceſſerit nō tenet̄ petere ve
niam a ſubdito: ſed a dn̄o deo. ne dum ni/
miū ſeruat̄ humilitas regendi frangatur
autoritas vt dicit Aug⁹ in regula. Intel
ligendū tamē hoc eſt dūmodo platus vel
paterfamilias non exceſſerit nimis liuo/
re vindicte ex ꝓpoſito. quia ſic tenet̄ petere
veniā. Exemplū legit̄ in ſūma Anthon̄.
par. ij. ti. vij. c. vj. §. iij. in fine. ꝙ quidā cō/
tumeliā intulit cuidā fratri noīe Nicolao
nec veniam petiuit. poſt paucos dies ille
mortuus eſt. ⁊ poſt mortē ecce idē apparu
it ipi fratri Nicolao petens veniā de con/
tumelia. Cui Nicolaus ait. Veniā pete
a chriſto in cui⁹ ſtas iudicio. Et ille. Xp̄s
mihi nō vult dimittere niſi pus veniā a
te petam humiliter. Qd̄ Nicolaus liben
ter fecit. ⁊ ſic diſparuit ⁊ veniā a xp̄o obti
nuit. Rogemus chriſtū ⁊c̄.

Feria quarta poſt dn̄icā tertiā Sermo
viceſimuſqntus de maledictiōe creatura/
rū ⁊ dei blaſſemia vel ſanctoꝝ.

q

Qui maledi
xerit prī vel matri morte mo/
riat̄ Matth. xv. ⁊ in euange
lio hodierno. Hec verba deus dixit in ve
teri teſtamento ⁊ allegat xp̄s in euāgelio
vt homies caueant a maledictiōib⁹ qua/
rūcūq3 creaturaꝝ: pcipue autē patr̄ ⁊ ma
tris carnalis ⁊ ſpūalis. ⁊ maxime a male/
dictiōe blaſſemie dei ⁊ ſanctoꝝ eius. Naꝫ
deus eſt ſummus pater omniū. ideo ipm̄
blaſphemare eſt ſuper oīa peſſimū. Sꝫ
heu horrendiſſimū eſt ꝙ iam in vſum ve/
nit etiam apud chriſtianos maledictiōes
facere vel dicere contra creaturas vel fili/
os aut filias ex ira vel patrē ⁊ matrē. ⁊ qđ
eſt peſſimū deo maledicūt a pio deo imp/
can̄. malum. Hugo. Blaſphemia eſt cuꝫ
opprobrioſa iacit̄ in aliquē maledictio: q
fit deo contumelia. Ppropter in hoc ſer
mone agemus de peccatis maledictiōis
⁊ blaſſemie vt audita grauitate peccati ca
ueant homies ne morte moriant̄ eterna.
Nam euangeliū hoc dicit. Qui maledixe
rit patri vel matri morte moriat̄. Itaq3
de ipa maledictōe ⁊ blaſſemia declarem⁹
tria myſteria hoc ſermone. Pro quo a iō
thema. Benefacite perſequētib⁹ et nolite
maledicere Rom. xij.

¶ Primū de creature maledictiōe.
¶ Secūdū de hui⁹ culpe offenſiōe.
¶ Tertiū de blaſſemie euitatiōe.

O Circa primū de maledicti
one creature tam rationalis ꝙ̄ irrationa/
lis notandū. ꝙ ſm̄ Aug. xxiij. q. iij. c. de/
us. ⁊ doctores. Maledictio ꝓprie eſt imp
catio mali facta alicui ſub ratiōe mali: h̄ e
intendens malū inqꝫtum malū. Hoc au/
tem ꝙ̄ peſſimū ſit vitiū ideoq3 cauenduꝫ
oſtenditur ex pluribus ratiōibus. Pri/
mo ratiōe amiſſionis regni celeſtis. Nam
j. Cor. vj. Apoſtolus dicit. Nolite erra/
re quia neq3 fornicarij neq3 idolis ſeruien
tes neq3 maledici neq3 rapaces regnū dei
poſſidebūt. ecce ꝙ̄ grauib⁹ peccatis cōnu
merat̄ Secundo ratione diuine vltiōis.
quia deus ſepe vlciſcit̄ hoc peccatuꝫ ita ꝙ
maledictionē quaꝫ aliquis impcat̄ alteri
ſuper caput maledicentis conuertit Gen̄.
xxvij. q maledixerit tibi ſit ille maledict⁹.
Et Ecci. xxvij. Qui in altū mittit lapidē
Lyra. ſ. directe, pijciendo ſurſum: ſuper ca
put eius cadet. ⁊ plaga doloſi diuidet vul
nera. i. plaga a doloſo homine imprecata
diuerſa mala ſuper eū multiplicabit. Vn̄
Bern̄. Inexcuſabilis es o homo. in quo
em̄ aliū iudicas. ſ. maledicendo: teipm̄ cō
demnas. Tertio ratiōe crudeliſſime ma
lignationis. Nam cū quis maledicit agē/
tibus contra ſe eſt magna crudelitas. qa
potius compati deberet illis tanꝙ̄ infir/
mis in anima. Item cuꝫ pater vel mater
maledicit filio eſt maior crudelitas. qꝛ im/

precatur malum filio quod non liceret imprecari etiam diabolo. Similiter nec cuicunque inimico dicens. Deus perdat te. et huiusmodi est impietas maxima. Ratio. quia se constituit iudicem. et deum vult esse suum tortorem quod est iniuria deo. Ideo Aug. in quodam sermone in persona dei dicit. Tu miser homo iraſceris et dicis. Deus perdas vel occidas illum meum inimicum: ille malus est. et tu imprecando malum plus malus factus es. ergo petis vt primum te occidam: cum sim deus tuus tortorem tuum me constituis. et ſic mihi iniuriam facis. Preterea tales ſunt etiam crudeliſſimi contra ſeipsos. quia animam propriam occidunt ex ira. Similes ergo ſunt apris ſeuiſſimis qui impingunt in lanceam venatoris vt illum ledant et ſe in lanceam magis et magis intrudunt. et ſic patet. ¶

Quarto ratione inhibitionis. quia ſacra ſcriptura inhibet maledicere omni creature etiam diabolo. Eccli. xxj. Cum maledicit impius diabolum maledicit ipſe animam ſuam: hoc est ſecundum Lyram cum peccator homo dicit diabolum iuſte condemnatum maledicit animam. i. denunciat damnandam eo quod in factis diabolum maledictum imitatur. Unde nec diabolo debemus maledicere inquantum est creatura dei. quia vt ſic bona est: ſed per culpam incurrit maledictionem. et ſic culpam tantummodo illius poſſumus maledicere non naturam. Exemplum in epiſtola iude dicitur. quod michael archangelus cum altercaretur cum diabolo de corpore moyſi ſcilicet quia diabolus volebat illud reuocare propter idolatriam filijs iſrael. quod michael occultauerat. tunc michael non est auſus diabolum maledicere: ſed ait. Imperet tibi deus. Sed di. Quid ergo de ſanctis de quibus legimus quod dauid maledixit montibus gelboe. ij. Reg. j. et Iob diei ſuo. Item chriſtus maledixit ficulnee. Preterea noe maledixit chanaan Gen. ix. et heliſeus pueris di. irridendo. Aſcende calue. et huiuſmodi. Respondetur communiter ſecundum doctores. quod ſancti qui leguntur maledixiſſe creaturis in hoc non peccauerunt. quia non niſi licitis modis ex inſpiratione ſpiritusſancti hoc fecerunt. ideo non est trahendum in conſequentiam vt vnuſquiſque pro ſuo libitu creaturis maledicat. et patet in ſequentibus.

¶ Circa ſecundum de offenſione queritur. vtrum maledicere ſit ſemper peccatum mortale. Ad quod ſecundum doctores communiter: preſertim Alexan. et Tho. ij. ij. q. lxxvj et Anthon. ij. par. ti. vij. respondetur. quod maledictio poteſt fieri precipue quattuor modis et cauſis. Primo ex animi indeliberatione ſcilicet ex ſubita ira et quaſi cauſa correctionis vt talis terreatur ſicut quotidie faciunt parentes erga filios et magiſtri diſcipulis et domini ſeruis: qui tamen non optant illis mala illa. et hoc eſt veniale. Nam et Aug. xxv. diſt. §. Alis ea demum. huiusmodi inter venialia computat. Verumtamen cauendum eſt ne in conſuetudinem ducantur. quia ſecundum Alexand. poſſunt fieri mortalia propter contemptum et quandoque deus tales punit. ſicut Aug. dicit de quadam vidua habente decem filios. et cum vna dierum ex aliquo illorum opere ſibi diſplicente maledixiſſet omnes effecti ſunt toto corpore tremuli vt videntes omnes mirarentur de eis. O dei iudicia terribilia in talibus. Secundo ex animi deliberatione et liuore vindicte vel odij vel inuidie. et ſic est contra charitatem et mortale: puta cum optando malum dicit. Mors perdat te vel infirmitas accidat tibi: vel pes frangatur: vel diabolus accipiat animam tuam et huiuſmodi. Et tanto grauius peccatum eſt: quanto perſonam cui maledicit plus deberet diligere et revereri: vt ſunt pater mater et prelati. Similiter ſi quis ſeipſum maledicit ex impatientia mortale eſt et confitendum. ℞ Tertio ex dei conformatione et amore iuſticie. quia talis videt deum velle tale malum homini illi. et ſic ex inſtinctu ſpiritusſancti viri ſancti leguntur aliquibus maledixiſſe: vt petrus ſimoni mago di. Pecunia tua ſit tecum in perditionem. et paulus helime reſiſtenti verbo dei di. Percutiat te deus cecitate filij diaboli. et huiusmodi omnia que leguntur dixerunt ſancti pronunciandi animo non autem imprecando vt communiter tenetur. Item ſic noe maledixit chanaan. quia Cham deriſit ipſum patrem. et heliſeus pueris deridentibus ſe quia erant filij idolatrantium patrum ſecundum Ly. iiij. Reg. ij. et dauid montibus gelboe propter cedem iſrael ibi factam. et Iob diei ſuo di. Maledicta dies in qua natus ſum etc.

minis ratione cui⁹ poſſet veritas ꝯfirma/
ri. Et ſic intelligit illd Math. v. ca. Dico
vobis nõ iurare oino neq̄ȝ p celũ neq̄ȝ per
ter. ⁊c. Si tñ creaturã inuocaret q̄s in te/
ſtẽ inq̃ȝtũ relucet in ea diuie veritatis veſti/
giũ. ſic licet. quia ſic iuraret per deuȝ. ſicut
Ioſeph dixit frib⁊ Per ſalutẽ pharaonis
non exibitis hinc. i. ſic det deus ſalutem.

Unde iurare ꝑ creaturas ꝑ imꝑcationez vt dicendo Ita viuat filius meus. ſic licet quia deus inuocat. Quinto Cur. i. q̄ fine ⁊ cauſa debeat iurari. Nam iurare ſine cauſa neceſſitatꝭ vel vtilitatis ꝓprie vel ꝓximi: pctm̄ eſt. Silr iurare pro illicita vel turpi cauſa. Sexto quō fieri debet iuramentū. Reſpōdet Hiero. ſup Hieremiā xxij. q. ij. c. Animaduertendū eſt inqt ꝙ iuſiurandū hos habeat comites: veritatez: iudicium: atq; iuſticiā. ſi iſta defuerint necq̄ꝗ iuramētū erit ſed piuriū. Hec ibi. Ratio ſm Bonauenturā ſup. iij. in lra. qꝛ iuramentū cōpat ad tria. Primo ad rē de q̄ fit. ⁊ ſic debet veritas ꝯſcie. Scđo ad eū q̄ iurat. ⁊ ſic debet iudiciuz hoc eſt diſcretio vt diligēter aduertat ac diſcernat quid et qualiter iurat. Tercio ad cauſaz ꝑ qua fit et ſic debetur iuſticia. i. cauſa iuſta. patet.

Septimo qñ. i. q̄ tpe liceat ⁊ q̄ nō liceat iurare. Et rñdet ꝙ in iudicio illicitū eſt diebꝫ feſtiuis iurare. niſi fieret ꝑ pace ⁊ alijs pijs cauſis. extra de ferijs. c. Conqueſtus Hec ſufficiant.

O Circa tercium de iuramenti aſſuefacti remedio nota ꝙ Primū remedium eſt aliquā penā ſibi ſtatuere q̄tiens accidit piurare. Legit ꝙ q̄dam miles i ſermone cōpūctus ſtatuit ſibi ea die a carnibus abſtinere qua die piuraſſet. ⁊ ſic aſſueuit in contrariuz. Scđm eſt orare q̄tidie vt poſſit cauere. Uñ in dñica orōne pma petitio eſt. Sctificet nomē tuū. ſ. ꝑ debitā reuerentiā hoim. Terciū eſt A dei punitione extimeſcere. Nam Uincen. in ſpeculo. lib. xxiij. narrat. ꝙ tpe Karoli magni dux q̄dam falſe iurauit ꝙ nil teneret ſororibꝫ que in iudicio ꝯtra eū erant cōqueſte. Et ſtatim vt piurauit crepuit mediꝰ ⁊ ſanguine ꝑ os oculos ⁊ aures ac nares effluente: mortuus eſt infra duas horas. Itē in Speculo exē. diſt. ix. exem. clxix. legit. ꝙ refert Oroſius ꝙ Romani legatos miſerunt ꝑ pace firmāda. Et gētes q̄daz cum iuramēto pace cū eis firmata: ꝓditorie illos occiderūt. ⁊ in deteſtationē piurij panis q̄ frangebat ab eis ſanguinez emittebat. Animalia etiam domeſtica cum balatu ab eis ad ſiluas fugerūt. Imꝑator romanoꝝ bellū contra eos mouit ⁊ eos in campo victos occidit. ꝑter. 4000. q̄ fugerūt ad montes. ⁊ ibi illi ſtatim ꝯgelati ad modū lapidū facti ſunt imobiles a dei vindicta. Rogemus ģ xp̄m ⁊c̄.

Feria ſexta poſt dñicā quartā Sermo xxxv. de execranda vſure auaricia.

**A**It ieſus. tolli te lapidem Joh. xj. ⁊ in euangelio hodierno. Dñs ieſus ait hec dū reſuſcitauit Lazarū de monumento. Ubi Aug. ⁊ Crýſ. di. ꝙ dñs ieſus reſuſcitañ Lazarū fleuit. vt doceret flere debere hoīes ſup pctōres tanq; mortuos in ania. Sed q̄re p̄cepit lapidē remouere cū poterat etiā de ſub lapide iacente reſuſcitare. ⁊ poterat etiā ſola voce lapidē remouere q̄ potuit voce mortuū ſuſcitare. Utiq; ꝓpter myſteriū: ad ſignificandū ꝙ ſi q̄s vult reſuſcitari ꝑ pn̄iam ad gr̄e vitam debet remoueri lapis. i. ģuitas et frigiditas cordis obdurati in peccatis q̄ ſignificant ꝑ lapidem duꝝ grauē ⁊ frigidū. hoc eſt: vt hō velit abijcere pctm̄. Sed qm̄ auari vſurarij in pctō valde ſūt obdurati vt nolint deſiſtere. aut ſi deſiſtunt nolunt reſtituere vſuras. Idcirco talibꝫ p̄cipit dñs ieſus inter alios potiſſime di. Tollite lapidez. ſ. ſi vultis reſuſcitari. vide euāgeliū. Itaq; de vſura q̄ multū viget in xp̄iano orbe: vt poſſit dici de eis illud Pš. liiij. Non defecit de plateis eius vſura ⁊ dolus. hoc pro alio themate. Tria ģ myſteria in hoc ſermone declarabimus oppugnañ eam.

Primū dr̄ execrationis.
Scđm dicit offenſionis.
Terciū dr̄ modificationis.

P Circa primum de execratione vſure Notandū ꝙ hoc viciuz eſt execrandū pluribꝫ rōnibꝫ. Primo ratōe difficillime cōuerſionis. quia vſurariꝰ valde difficulter poteſt facere veram pn̄ie ꝯuerſionē. qm̄ vltra ꝯtritionē: ꝯfeſſionē ⁊ ſatiſfactionē que ſufficiūt pro alijs pctis penitendo vſurariꝰ inſup tenet ꝙ reſtituat aliena. quia vt Augꝰ. dicit. xiiij. q. vj. Si res.

Peccatū nō remittit͛ niſi reſtituat͛ ablatū.
Nec confeſſor nec eps̄ vel alius p̄latus po
teſt ſibi remittere ius alienū. ſed hoc ipſi
nolūt facere vt burſam euacuent. Simi
les em̄ ſunt vaſculo terreo in quo denarij
ponūtur nec extrahi ex eo poſſunt niſi frā
gant͛: ſic iſti vſq ad mortē non reſtituūt. et
ſic dānant͛. Secūdo rōne ampliſſime pi
clitatiōis. Primo quia alia peccata acto
res ſuos pdunt. Ezech. xviij. Filius non
portabit iniquitatē patris: ſed vnuſq̄ſq i
iniquitate ſua moriet͛. Sed vſura ſicut et
alia iniuſte acq̄ſita tranſit de pgenie in p
genies obligādo dānatiōi in ppetuū ni
ſi reſtituant. Sola ignorātia inuincibilis i
hoc habet excuſare ⁊ nō craſſa ſm Anth.
par. ij. ¶ Secūdo quia oēs parti
cipātes in vſura digni ſunt dānatiōe. Pri
mo notarij ſciēter ↄficiētes ſup vſuras in
ſtrumenta. Secūdo aduocati patrocinā
tes. Tertio ſtatuta faciētes ſup vſur ⁊ iu
dicantes ſm ea ⁊ conſilia p̄bentes ad hu
iuſmodi ſtatuta. Nam ſunt excōmunicati
extra de vſuris. ca. Ex graui. in clement.
Quarto domos locantes ad fenerandū
⁊ hmōi plures pticipañ. Preterea piculo
ſa eſt. Tertio ipi vſurario. quia omni
vice quotienſ deliberate de tali contractu
illicito cogitat mortaliter peccat totiens.
Similiter in omni verbo: in omni com
puto: in omi numeratiōe: in omi ſcptura
vel regiſtro: ⁊ in omi cogitatione cū dolet
nō poſſe aſſequi ſuū intentū ſp mortaliter
peccat. ⁊ ſic die ac nocte vſura rodit aīam
illius ad dānationē vt dicit etiā Leo pa
pa quodā ſermōe. Quarto deniq piclitā
tur dānatōe quicūq dni ↄſentiūt ⁊ pmit
tunt vſuras pter quotā inde recipiendā
vel pter munera exinde ſibi pueniētia.
Quinto pterea piclitant͛ etiā ↄfeſſores ſci
ent͛ abſoluētes ſine debita reſtitutiōe. ¶
ḡ picloſiſſimū vitiū ⁊c. ℞ Tertio ex
ecrāda eſt rōne multimode punitionis ⁊
maledictiōis vt ponit͛ in Angelica ſūma.
Primo q2 ſunt infames: infamia iur ma
nifeſti vſurarij. Secūdo q2 ad cōmunio
nē altaris nō ſunt admittēdi. nec ad obla
tionē offerendā. Tertio ꝙ teſtamēta eoꝝ
nō valent. nec debet aliquis intereſſe eorū
teſtamētis niſi ſatiſfecerint. Quarto ꝙ ad
modū raptoꝝ ⁊ furū nō ſolū tenet͛ reſtitu
ere rem quā accepit p vſuris vſurari9: ſed
etiā tenet͛ reſtituere fruct9 quos pcepit. et
q̄ pcipi potuerūt a vero dño ſm Richar.
in. iiij. di. xv. et cōiter doctores. Quinto ꝙ
vſurarij nō ſepeliant͛ eccl'iaſtica ſepultura
extra de vſuris. c. Quia in oibus. Nam ſe
peliētes tales vſurarios ſunt excōicati ipo
facto vt patet in clemeñ. de ſepulturis. ca.
eos. Hec ⁊ plura in Angelica. Exemplū
legit͛ ꝙ quidā diues vſurarius cū eſſ3 mor
tuus: ipm pleban9 nolebat in cymiterio
ſepelire. Inſtantib9 aūt pinquis illi9 for
titer. tandē in hoc ↄuenerūt ꝙ corp9 mor
tuū poneret͛ ſup aſinū plebani q̄ nō fuerat
aſſuetus niſi libros plebani portare ad cy
miteriū vbi plebanus p̄dicabat. Impoſi
to ḡ cadauere ſup aſinū nullo ipm ducen
te ſub patibulū exportauit. ⁊ ibi ſtetit do
nec depoſuerūt. ⁊ ſic patuit ꝙ ibi ſepeliri de
buit. Sed q̄s dicat͛ manifeſtus vſurarius
vt p̄dictas penas incurrat. Reſpondet͛ in
eadē Angelica ꝙ ille q̄ notorius eſt de iu
re ſcʒ q2 ↄuictus in iudicio: ↄfeſſuſq d vſu
ris ſponte ⁊ condēnatus a iudice vel corā
ſacerdote ⁊ teſtibus in articulo mortis cō
feſſus ſe fore vſurariū. Itē ſi cū hoc q2 no
tori9 eſt d facto. i. notorietate facti. q2 pub
lice tenet menſam mutuādi oibus volen
tibus. qñ ḡ oīa hec ſimul concurrūt tūc
manifeſtus vſurari9 eſt ſm Federicū: al's
ↄfeſſio ſola extra iudicialis nō faceret ma
nifeſtū vſurariū.

S Circa ſecundū de offen
ſione querit͛ pmo q̄d ſit vſura. Ad qd rñ
detur ſm Goffred. in ſūma ſua. diffinit͛ ſic.
Uſura eſt quicquid ſorti accedit p̄ceden
te intentiōe vel pacto. Sors aūt capit͛ hic
p pncipali mutuata re vel capitali. Ex q̄
patet ſm doctores oēs p regula. ꝙ vſu
ra nō ↄſiſtit niſi in ſolo mutuo vero vel in
terp̄tatiuo. Un ⁊ a magiſtris diffinit͛ ſic.
Uſura eſt lucꝝ ex mutuo pncipaliter intē
tū. Exempli gratia. mutuo tibi centū flo
renos hac intentione pncipaliter vt aliq̄d
plus recipiā vltra illos centū florenos: ſi
ue eſcā ſiue veſtē vel frumētū vel quomo
docūq noīes illud: vſura eſt vt Amb. di
cit. xiiij. q. iij. Pleriq. Un ſi q̄s nō mutua

ret niſi ſperaret ſe plus acceptuꝝ. ſola ſpes
lucri etiā ſine interuētiōe pacti vſurā facit
Excipit̃ ſi ſparet ex hoc captare amorē tm̄
modo illi⁹ vel beniuolentiā ⁊ hmōi q̄ non
mēſurant̃ pecunia. Nā ⁊ ſi mutuo tibi vt ⁊
tu mutues mihi poſtea cū indiguero nō ē
vſura niſi in pactū ducēdo facerē in h̄ obli
gationē. Hec ſm Tho. ⁊ in Angelica.

¶ Secūdo querit̃ quare vſura ē dā
nabilis culpa. Et vſurarij arguūt in ꝯtra
riū ſic. q2 nō eſt ꝯtra charitatē ſ3 ꝓ charita
te eo ꝙ vergit in vtilitatē vtriuſꝙ ꝑtiſ. Cū
ḡ ego feci illi magnā gratiā ⁊ charitatem
mutuādo. q̄re ḡ nō licet vt ⁊ ille mihi refū
dat aliq̄ lucro. Itē q2 ille q̄ accipit mutuū
a me volūtarie dat mihi aliq̄d vel vſura3.
q2 null⁹ cogit eū vt ad vſurā accipiat ſ3 vo
lūtate accipit ⁊ dat. ḡ ⁊c. Ad hec rūdet̃ ſ3
Tho. ij. ij. q. lxxviij. ⁊ doct. ꝙ vſura nō eſt
ꝯtra charitatē tanq̄ aliq̄d inutile. ſ3 eſt cō
tra charitatē tanq̄ vitioſū ⁊ malo admixtū
nec accipiēs mutuū dat volūtarie vſura3
ſ3 cū quadā neceſſitate inq̄tū indiget pe
cuniā accipe mutuo quā iſte non vult ſine
vſura mutuare. Proinde ſm oēs theolo
gos in. iiij. di. xv. ⁊ canoniſtas vt patet in
Angelica. Uſura ē dānabilis culpa. Et
ꝓbat̃ p̄mo autoritate legis diuine tā ve
teris q̄ noui teſtamenti. Nā Ps. xiiij. ſcri
bit̃. Dn̄e q̄s habitabit ī tabernaculo tuo
.i. in celo. Et ſubdit̃. Qui pecuniā ſuā nō
d. ad vſurā. Itē Ezech. xviij. ꝯſimile dicit̃
Deniq̄ xp̄s dn̄s Luc. vj. ait. Mutuū da
te nihil inde ſperātes. ſ. tpale. Secūdo ꝓ
bat̃ rōne etiā legis nature. Uſura em̄ eſt
malū in ſe ⁊ ſm ſe ꝓpter qd̄ nulla circūſtā
tia pōt bene fieri. de poteſtate ordinata eti
am a deo. ſicut homicidiū vel furtū poſſet
bene fieri in caſu ſ3 ſeruato debito ordine
⁊ hmōi. ⁊ ſic homicidio pei⁹ eſt malū vſu
re. quia eſt contra rationē naturalē. Nam
ph̄us. j. lib. politicoꝝ ⁊. v. ethicoꝝ dicit. ꝙ
vſura quā vocat achatos. qd̄ eſt ꝑtus de
narioꝝ: eſt maxime p̄ter naturā eo ꝙ nec
a natura nec ab arte denarijs cōpetit pa
rere denarios. Quicq̄d ergo vtilitatis ꝓ
uenit ei cui mutuū dedi: hoc non pecunia
fecit ſed induſtria eius qui ip̄a pecunia ſa
gaciter vſus eſt. Qū ergo vltra capitale q̄s
exigit plus eſt ꝯtra natura3 appciatōis q̄
dedit viro induſtriā. ⁊ eſt etiā contra iuſti
ciā ꝙ in re ꝓximi ſui lucꝝ querat ex alieno
Hec eſt ratio Scoti in. iiij. vbi ſup̄. Plu
res alias ratiōes cauſa breuitatis dimit
to. Tertio ex dictamine legis canonice q̄
ꝓhibet ⁊ punit vſuras vt ſupra patuit. et
qui ꝑtinaciter aſſerit vſuras nō eſſe pecca
tū condēnat tanq̄ hereticos. in clementi.
ex graui ſc3 de vſuris. Tertio queritur
vtrū peccatu3 ſit recipe mutuū ſub vſura.
Reſpondet̃ ſm Richar. in. iiij. et Tho. ſ.
ꝙ nō licet inducere aliquē vt mutuet ſub
vſura: tamē ab illo q̄ ꝑatus eſt facere ⁊ ex
ercet vſuras bene licet mutuo accipe ꝓ
pter aliqd̄ bonū: puta ꝓpter neceſſitatem
ꝓpriā vel alterius. ſed accipe ꝓpter malu3:
puta in alea luden̄. vel ad ſcortandum ⁊
hmōi mortale eſt. patet in Angelica. O
vtinā deus meus penſarēt xp̄iani ꝙ i hoc
peiores ſunt iudeis. q2 illi nō accipiūt vſu
rā ſup iudeos. ſed iſti ſup fratres ſuos xp̄i
anos accipiūt.

¶ Circa tertium notandum
ꝙ multi modi ⁊ caſus ſunt in vſuris. ſed h̄
aliquos tm̄ plus aſſuetos in iſta patria et
neceſſarios ꝯfiteri breuiter ponem⁹. Pri
mo vſura cōmittit̃ aīo intendēdo. ſ. p̄nci
paliter lucru3 ⁊ ob hoc mutuādo. Nam ſi
q̄s p̄ncipalius ꝓpter charitatē mutuat. et
ille ſponte ei ⁊ gratis aliq̄d muneriſ offert
nō eſt vſura cū accipit̃. nō ꝓpter mutuū ſed
tanq̄ gratis oblatum: p̄ſertim ſi verbo te
nus h̄ exp̄mat̃: al's ſi acceptaret ꝓpter mu
tuū vſura eſſet ſm Ray. Secūdo cōmitti
tur bona fructifera ipignorādo ⁊ fructus
in ſortē nō cōputādo: puta agrū: poſſeſſio
nes: domos ⁊ hmōi. Tertio cōſociādo in
ꝯdiu idēdo lucro ſed nō in ſorti ꝑiculo: pu
ta ille dat tibi pecuniā tm̄. ⁊ tu poniſ te ad
queſt⁹ labore. ſi q̄d lucraris ꝑte3 accipit. ſi
aūt ꝑdis q̄litercūq̄ pecuniā datā integrā
reddi ſibi vult. ſilr ⁊ d̄ alia re quā extimat
in capitale intelligēdū. xiiij. q. iiij. Si fene
raueris. Quarto dilationē tp̄is in ſo luen
do ſupuēdēdo. Nā ſm Scotū tps q̄s vē
den̄. vſurā cōmittit. q2 nō eſt ſuū. Quinto
emolimentū a lingua expectādo vt q̄ mu
tuat ꝓpterea vt cōmēdet̃ ad obtinēdū bn̄
ficiū aliqd̄ vl' officiū vſura ē. Sexto famu

latū recipiēdo ab obſequio vt q̄ mutuat paupi ꝓpter hoc ꝙ laboret in agro vel vinea vel alio ſeruitio. ca. Cōſuluit. de vſu. Septimo granū vel bladū vetus mutuādo ꝑ nouo recipiēdo ſi facit ꝓpter melioratione obligādo de ſoluēdo nouo eadē mēſura vſura eſt vt in Angelica. Exēplū finale narrat in Anthon. p. ij. ti. j. c. vj. ꝙ q̄dā vſurari⁹ de lecto ſuo ſubito exiliens dixit. En rapt⁹ fui ad iudiciū dei ꝛ audiui iudicē ꝯtra me ſentētiā tuliſſe vt demões in me ꝑtātē habeāt eo ꝙ vſq; mō nolui penitere. Tūc feſtināter ad quoddā monaſteriū cucurrit. Cūq; eū ad penitētiam et ſpem miſericordie monerēt nil ꝑfecerūt. tādē hora ſexta ꝓpinq̄ eū ducebāt domū ꝑ pontē trāſeū. ꝛ viderūt nauē q̄ndā ꝑ fluuiū aſcēdentē curſu rapido a nullo vt videbat ꝯducta: ſꝫ ſoli vſurario videbat eē demōib⁹ plena. Qui ait. Ecce veniūt demones vt ad ſupplicia me rapiāt. Statiꝫ autē de manib⁹ illoꝝ rapt⁹ in nauim ꝓiect⁹ clamans. Ve mihi ve. diſparuit. Rogemus ꝙ chriſtū ꝛc̄.

Sabbato poſt dn̄icā quartā Sermo triceſimuſſextus de furto multiplici ꝛ rapina in bonis etiā mortuoꝝ.

# QUi ſequitur

me nō ambulat in tenebris ſed habebit lumē vite. Joh. viij. ꝛ ī euāgelio hodierno. Uerba ſunt ſaluatoris noſtri ieſu. q̄bus docꝫ nos ipm ſequi fide formata charitate vt exponit Lyra. et ſic nō ambulabim⁹ in tenebr̄ꝭ ignorātie ꝛ vitioꝝ: ſꝫ habebim⁹ lumē vite. ſ. eterne i patria. Sꝫ qm̄ multi ſūt mali xp̄iani q̄ nō ſequunt xp̄m: ſꝫ ambulāt in tenebris vitioꝝ inter q̄s ſūt plurimi fures ꝛ raptores q̄ ſolēt in tenebr̄ꝭ etiā corꝑalib⁹ ambulare ꝛ ꝑ pctā lumē vite eterne ꝑdere. Un̄ q̄ꝛ ō furto ꝛ rapina in h̄ ſmōe reſtat agēdū. Pro q̄ aliud thema. j. Cor. vj. Neq; fures neq; auari neq; rapaces regnū dei poſſidebūt Jdcirco de ipo furto ꝛ rapina declarem⁹ hoc ſermone tria myſteria.

Prio generalit̄ ō fuꝝ ꝛ raptoꝝ offēſiōe. Scd̄o ſpealit̄ ō mortuoꝝ ſpoliatiōe. Tertio differēter ō modoꝝ variatiōe.

x Circa primū generalit̄er de offenſiōe fuꝝ ꝛ raptoꝝ vt moueant ad deteſtādū querit. vtꝝ ꝓbat furtū ꝛ rapina fore mortalis ꝛ grauis culpa. Rn̄det ſm docto. ꝛ Antho. p. ij. ti. j. c. xiiij. ꝙ plurib⁹ rōnib⁹. Primo q̄ꝛ grauiter ledit charitatē q̄ eſt vita ſpūalis aie. ꝛ ſic eā occidit. Nā ē ꝯ dei charitatē ꝛ etiā ꝯ ꝓximi dilectionē vt īfra. Scd̄o q̄ꝛ ꝗuiter offendit ꝯ iuſticie eq̄tatē. nā iuſticia ē q̄ reddit vnicuiq; q̄d ſuū ē vt etiā dicit Bern̄. ꝛ Tulli⁹. Jſti n̄ reddūt ſꝫ auferūt alienū. ꝙ ꝛc̄. Tertio q̄ꝛ peccat ꝯ legū vniuerſitatē. Nā p̄mo dupliciter offendit decalogū diuinalē vbi duo precepta ponūt ꝯ hoc. ſ. Nō furtū facies. vbi ꝓhibet oīs vſurpatio illicita rei aliene vt dicit Aug⁹. xiiij. q. v. Penale. ꝛ ſic noīe furti intelligit etiā rapina ꝓhibita. Jtē aliud p̄ceptū. Nō ꝯcupiſces rē ꝓximi tui. ꝛ ſic q̄druplicit̄ peccat. q̄ꝛ ꝯ deū dupl'r tranſgrediēdo duo p̄cepta. ꝛ ꝯ ꝓximi charitatē etiam dupl'r. Scd̄o offendit ꝯ legē naturalē q̄ dic. Qd̄ tibi nō vis fieri alijs nō facies. Tertio ꝯ ꝓphalē vt ptꝫ. Quarto ꝯ legē euāgelicalē. Mat. xxij. Diliges ꝓximū ꝛc̄. Quīto ꝯ legē apl'icalē Ro. xiij. plenitudo legꝭ ē dilectio ꝛc̄. Sexto ꝯ legē canonicalē q̄ multiplicit̄ ꝓhibet ſub penis ꝗuib⁹ Nā ſm canones excōicant raptores manifeſti vt ptꝫ. vj. q. iij. Placuit. Jtē raptorib⁹ ꝛ etiā furib⁹ denegat penitētia niſi reſtituat ablata. et ſi decedāt impenitētes viaticū ꝛ ſepultura eis negabit̄. extra de raptorib⁹ c. Sup eo. Deniq; tā diſtricte ꝓhibet ꝙ nō ꝑmittit canon ꝛ ſcriptura furari etiā ꝓpterea vt elemoſynas faciat: ꝙ̄uis ſit vſurari⁹ cui furat. ꝛ ſi furat⁹ q̄s ē tenet reſtituere. xiiij. q. v. c. Forte aliq̄s. ꝛ in Angelica. Septimo peccat ꝯtra legē ciuilē que turpi morte ꝯdēnat fures ꝛ raptores. O ꝙ q̄d putam⁹ q̄̄ acerbe puniant in inferno. y Si aūt q̄rat. q̄d horū grauius ſit peccatū ꝛ grauius in inferno crucietur an furtū an rapina. Reſpondet ſm Tho. ij. ij. q. lxvj. Et in Anthonina. ꝙ rapina ē grau⁹ pctm̄ ꝓpterea et grau⁹ punit etiā ſm leges. Rō. q̄ꝛ ꝑ rapinā non ſolū infert proximo in rebus damnū vt in furto. ſed etiā infertur violentia ꝛ iniuria perſone.

Uerũtamẽ hoĩes vanigloriosi plus verecũdanť de furto: cũ tñ veraciter deberẽt de rapina plus erubeſcere. q₃ verecũdia ẽ de turpi actu. iij. ethicoꝝ. ⁊ rapina eſt turpior. Sed q₃ in rapina magis apparet exterius ſtrẽnuitas quedã ꝟtutis ſue corpalis hinc eſt ꝙ minus verecũdanť. Hec ibi Sed qm̃ mlti serioſius peccant rapiẽdo bona mortuoꝝ quoꝝ ſunt executores i teſtamẽtis. Jdcirco d̃ h̃ agem⁹ i. ſequẽtib₉.

¶ Circa ſecundũ ſpecialiter de mortuoꝝ ſpoliatiõe ꝙ̃ grauesit h̃ peccatũ oſtẽdiť pluribꝫ rõnibus. Prima ratio eſt abominatiõis dei ſpecialis. Eſaie. lxj. Ego dñs amans iudiciũ ⁊ iuſticiaꝫ: et odio habẽs rapinã in holocauſto. q₃ talis rapit ex his que ſunt ecclie legata vel i pias cauſas ad ſacrificandũ deo. Ratio. qa quãto amabilẽ ſeruũ regis depdareꝛ vel ſpoliares: tãto plus regis odiũ incurreres ſed exiſtẽtes in purgatorio ſunt deo grati ⁊ electi ſpecialiter. Jdeo etiã Eſa. iij. Rapina paupis in domo veſtra quare atteritis populũ meũ dicit dñs ⁊c̃. Pauperrima q̇ppe eſt aĩa in purgatorio. q₃ nõ põt aliũde ſe iuuare ⁊ liberare niſi p ſuffragia ⁊ his p tales fraudanť. g̃ tales ſũt d̃o odibiles. Secũda ratio excõicatõis legalis q₃ ↄciliũ dicit. xiij. q. ij. c. Qui oblatões inquit defunctoꝝ aut negãt eccleſijs aut difficulter reddũt tãꝙ̃ egentiũ necatores excõmunicenť. Et ca. ſe. in textu cũ glo. tales dicunť fures: homicide ⁊ ſacrilegi: raptores ⁊c̃. Nõ aũt dictat ꝙ p̃ his ſunt adhuc peiores. q₃ illi nocent viuis in reb⁹ vel corpore q̇ poſſunt ſe ſubleuare. ſed iſti nocent anime que cruciať acerbiſſimo igne ꝙ̃diu liberať aliũde ⁊ ẽ pauprima. Tertia ratio diabolice crudelitatis. quia ſicut diabolus vult torqueri aĩas: ſic ⁊ iſti. Et peiores ſunt in hoc ꝙ cũ illi torqueant aĩas reprobas: iſti torqueri pmittũt electas i purgatorio tãdiu. Uñ etiaꝫ phs. iij. rethorice dicit. ꝙ q̇ mortuos ſpoliant aſſimilanť canibꝫ q̇ mordẽt lapides. ſ. ↄtra ſe piectos ex crudelitate. ſic fit ꝙ mordẽdo dẽtes ꝓpos ledũt. ⁊ ſic iſti ꝓpriã aĩam. Ultima rõ iuſte punitiõis eternalis. Naꝫ ſm iuſtas leges heres nõ ſeruãs teſtamẽtũ pentis defuncti ẽ exhereditãdus. xj. q. j. Silueſter. ⁊ in autenť. Ut cũ de appellatiõe cognoſcif. §. Cauſas. Sic iuſte tales executores mali ⁊ heredes de celeſti patria exheredi tanť. Jtẽ q₃ dei iuſticia dãnat q̇ paupibus nõ dant ꝓpria ꝓ deo. g̃ plus dãnat illos q̇ auferũt bona pauperũ aĩarũ. de his alibi latius.

⁊ Circa tertium de modoruꝫ variatiõe ⁊ differẽtia notem⁹ aliq̇s caſus p doctrina vel modos de q̇bus cõfeſſio ẽ faciẽda ſpeciali⁹. Primo de filiofamilias furãte a pente. Nã ſm Antho. p. ij. ti. j. c. xv. Si aliq̇d notabile de bonis pentũ abſtulit ↄtra voluntatẽ eoꝝ furtũ cõmiſit et mortale eſt: ac teneť reſtituere. ⁊ forti⁹ emãcipat⁹ teneť niſi haberet remiſſionẽ a parentibꝫ ſm Ray. Secũdo de vxore. ſi contra voluntate mariti occulte de bonis illius in notabili quãtitate dedit ↄſanguineis ſuis vel in vanitatibꝫ expendit mortale furtũ cõmiſit niſi i extrema neceſſitate alicuius ⁊ ſine notabili detrimẽto ſtatus ſui dediſſet. lxxxvj. di. Nõ ſatis. q₃ tũc põt etiam ↄtra voluntatẽ viri dare. A A

Sed queriť. an vxor poſſit dare elemoſynã vel p pijs cauſis dare ſine ↄſenſu viri: Rñdeť ſm Anthoñ. vbi ſup. ⁊ in Angelica. ꝙ poſſunt in pluribꝫ caſibus. Primo in caſu extreme neceſſitatis in paupe vt p̃dictũ ẽ. ⁊ Secũdo. ſi habet pafernalia: h̃ eſt quecũq₃ habet vxor p̃ter dotes. vt ſũt ſucceſſiões hereditarie vel legata ei facta vel donata ⁊ hmõi. q₃ ſua ſũt. Tertio. ſi lucroſa eſt: puta ſcit aliquã artẽ. vt aurificiũ: lanificiũ: ſerificiũ ⁊ hmõi. tũc d̃ lucro ſuo p̃t dare notabiliter. Quarto. ſi vtiliter gerit negociũ viri: puta q₃ videt viꝝ crudeleꝫ ⁊ ſceleratũ vt de⁹ auertat picula dat elemoſynas ſicut fecit abigail. j. Reg. xxv. Quinto. ſi cõiter cõſueta dat: puta de pane: d̃ vino ⁊ hmõi q̇ cõiter ↄſueuerũt viri cõcedere eis erogãda familie. Et licet talia viri aliq̇ñ ꝓhibeãt debet ſibi formare ↄſciam ſm Rod̃. ⁊ Jaco. de laude. ꝙ intẽdãt ꝓhibere ſic eas a nimio ⁊ nõ a toto. Sexto. ſi aſſignatũ hꝫ certũ q̇d ſibi a viro ꝓ victu ⁊ ex his dare põt. Septimo. ſi dom⁹ diſpẽſatio ptinet ad vxorẽ dũ ſcꝫ fatu⁹ eſt vir. vł abſens vel pegrinãs ⁊c̃. Hec ſm Pet. de palu d̃. p̃ter hos caſus furtiue dando pec

tant ⁊ tenenꝛ restituere. Tertio modo de genita ꝑ adulteriū ꝓle vel alienū ptū sup/ ponēte. Nā ꝗcquid vxoꝛ expenderet ꝓ nu tritiōe ⁊ gubernatiōe illius postꝙ iā a pu ericia excreuit furtū cōmittit. ⁊ ad id i quo succederet putatiuo patri tenetꝛ totū resti/ tuere quātū possibile est. ⁊ quō debeat in hoc ꝓcedere ꝯfessoꝛib reliqͦ. BB

Quarto de inuētiōe. Nā Aug⁹. xiiij. q. v. c. Si qd (inqͭ) inuenisti ⁊ non restituisti: rapuisti. Vnͦ debet ꝓclamari. ⁊ si nec sic scitꝛ cui⁹ est debet in pias causas dari nisi ipe inuētoꝛ esset multū paup. qꝛ tūc de li/ centia ꝯfessoꝛis sibi posset retinere. Quin to de ꝑticipatiōe. Nā hoc fit plurib⁹ mo/ dis. vꝫ. Iussio cōsiliū ꝯsensus palpo recur/ sus. Participās mut⁹ nō obstās nō mani festās. Et quō tales tenentꝛ restituere ha/ bes ꝑmo qͣdragesimali sermone. xliij. E.

Vltimo de iniq deceptiōe in artificio vel in societate negociatiōis ⁊ hmōi q̄litercūꝙ fraus fiat furtū esse pōt. Exēplū finale ex Cesario legitꝛ in speculo di. vj. exem. ciij Religiosus quidā retulit ꝙ dū adhuc q̄si puer infirmat⁹ expirasset angel⁹ aīam iu/ dici ꝑsentauit. cui⁹ vultū iratū ꝓ velamen vidit ⁊ diabol⁹ accusauit d. Puer iste obo lū a germano suo furatus ē nec penituit. g̃ dānari debet fm iusticiā. Xps rn̄dit. Iu/ sticia mea est cū misericoꝛdia. nō debet er go ꝓ tāto dānari sed purgetꝛ. Vn̄ ꝓiectus in ignē purgatoꝛij indicibiles penas sen/ sit. post horā iterū iudici ꝑsentat⁹ vidit cla re faciē xpi ⁊ cū eo beatā virginem ⁊ in cir cuitu mltitudinē angeloꝝ ac sanctoꝝ om niū in splendoꝛib maximis. qbus ꝑ eū ti bus restituta est aīa coꝛpi. mirātib cūctis q̄ aderant. ⁊ videñ. signa in eo crediderūt dictis eius. tandē ipe tam amoꝛe glie ꝙ ti moꝛe pene expte intrauit religionē. Roge mus ergo christū ⁊c̄.

Dn̄ica de passiōe in mane Sermo tri/ cesimusseptimus de iniqua auaricie cupi ditate generaliter cū filiabus suis.

Tulerunt la pides iudei vt iacerent in eū. ie sus aūt abscōdit se ⁊ exiuit d tē plo Ioh. viij. ⁊ i euāgelio hodierno. Cha rissimi sācta ecclīa hodiernā diē vocat do minicā de passiōe. qꝛ hodie diffinierūt iu/ dei in suo ꝯcilio interficere dn̄m iesū post/ ꝙ feria sexta ꝓxime ꝑcedenti suscitauerat lazaꝝ a moꝛtuis ꝓpter qd miraculū mani festū multi credebāt in iesū. ⁊ in signū hu ius ecclīa in illa feria sexta legit euangeliū de resuscitatiōe lazari. ⁊ hodie euāgeliū le git quō xp̄m voluerūt actu lapidare iudei Sꝫ xp̄s volēs moꝛtē crucis pati abscōdit se ⁊ exiuit de tēplo. In q̄ facto fm Aug. et Bedā designatꝛ mysterialiꝛ ꝙ sicut iudei q̄ erāt coꝛdis lapidei. qꝛ i pctis obdurati vo luerūt xp̄m lapidare: ita ⁊ mlti xp̄iani ob/ durati xp̄m lapidare volunt. Vn̄ Beda. Quotq̄t malae cogitatiōes ⁊ affectiones q̄s in coꝛde assumit: tot lapides in iesum mittit vel ꝓijcit vt ipm extinguat in seipo ⁊ sic ies⁹ a talib se abscōdit. ⁊ d tēplo coꝛdis illius exit. Sꝫ ⁊ Aug⁹ ait. Ve illis a q̄rū lapideis coꝛdib de⁹ fugit. ve scꝫ eterne dā natiōis. Videam⁹ g̃ textū euāgelij. Ex q̄ de auaricia restat nobis sermo ꝑ quā mul ti etiā xp̄iani lapidāt spūaliter iesum ⁊ ex/ pellūt de tēplo coꝛdis sui. Idcirco de ipsa tria mysteria in hoc sermone declarem⁹.

Aliud thema ex inscriptis autoꝛitatib in sermone isto pōt accipi.

Primū dꝛ detestatiōis.
Secundū dꝛ offensiōis.
Tertiū dꝛ modificatiōis.

A Circa primum de auaricie detestatiōe notandū ꝙ hoc vitiū est maxīe detestabile ꝓpter plurimas rōnes fm do/ ctoꝛes. Primo rōne multiplicꝭ maledicti onis. qꝛ in scripturis nō inuenitꝛ aliqd vi/ tiū cui tā multipliciter ve maledictioꝙ et na denūcietꝛ sicut auaricie. ⁊ patet inducti ue Primo in lege diuina q̄ ꝓhibet effectū ⁊ affectū. ⁊ sic duplex ꝑceptū ponit ꝯ aua/ riciā qd nō facit ꝯtra alia taliter. Nā ꝑci/ pit Non furaberis. quo fm Augꝭ ꝓhibetꝛ omis vsurpatio rei aliene. Et iteꝝ ꝑcipit Nō ꝯcupisces rē ꝓximi tui Exo. xx. Vnͦ ⁊ Deutꝭ. xxvij. dicit. Maledict⁹ q̄ trāsfert terminos ꝓximi sui. Lyra. vt sic furetꝛ ꝑtē terre ꝓximi ⁊c̄. Et ibidē. Maledict⁹ q̄ ac cipit munera. s. vt ꝑuertat iudicium ⁊c̄.

Sc̄do in lege ꝓphetica multiplicit̃ male dicit̃ Eſa.v.ve q̃ domũ ad domũ ꝯiũgitꝭ ꝛ agrũ agro copulatis. Et.xxxiij. Ue q̃ ꝑ daris nõne ꝛ ipe ꝑdaberꝭ. Itẽ Abachuc ij. Ue q̃ multiplicat nõ ſua vt q̃d ꝯgregat ꝯtra ſe denſũ lutũ. Ibidẽ. Ue q̃ cõgregat auariciã domui ſue. Plures alias in ꝓphe tis ptranſeo. B Tertio in lege euan gelica. Nã Luc.vj.xp̃s dicit. Ue vob diuitibꝫ q̃ habetꝭ h̃ ꝯſolationẽ veſtrã. Et ꝫ Hiero. vbicũq; i ſacra ſcriptura ve denũciat̃ ſp maledictio eterne dãnatõis deſigt̃. ꝫ ꝛc̃. Propterea idẽ dñs ieſus admonuit nos Luc.xij.di.ſic. Uidete ꝛ cauete ab oĩ auaricia. Et ſubiũxit exemplũ terribile de hoc ꝙ auari ſepe inopinate ꝛ morte repen tina moriũt̃ de diuite q̃ di. Ampliabo hor rea mea ꝛc̃. Et dictũ eſt ei. Stulte hac no cte repetẽt aiam tuã a te ꝛ q̃ ꝯgregaſti cuius erũt. Hec ibi. Ecce maledictio mortꝭ ſubite. Quarto i lege ap̃lica. Iac.v.ult. Agite nũc diuites: plorate vlulãtes in mi ſerijs q̃ adue. vob. diuitie.v.putrefacte ſũt aurũ v.ꝛ arg. eruginauit ꝛ erugo e.in teſti moniũ vobis erit.ſ.dãnatiõis ꝛ mãduca bit carnes v.i.affliget corp⁹ cũ aia poſt iu diciũ. Itẽ Apoc.viij. Ue ve ve habitãti bus in terra.ſ.ꝑ totalem affectũ terrenoꝝ. Et dicit̃ ter ve. Primũ in anima. Secundũ in corpore poſt reſurrectionẽ. Tertiuꝫ i tpaliũ bonoꝝ ſimul ꝛ celeſtiũ priuatiõe. Ideo Aug⁹. Ue illis q̃ ſic viuũt vt auge ant res perituras vnde amittant eternas. Hec ille. C Secũdo deteſtãda eſt ra tione inſatiabilis appetitiõis. Nã Eccs. v.ſcribit̃. Auarus nũq̃ implebit̃ pecunia Et Boe.ij.de ꝯſol. ac Ouidi⁹ ꝑmo faſto rũ ꝯcordit̃ di.ꝙ ſi hoĩ tot darent̃ opes (vl̃ aurei) q̃t ſunt arene maris. et quot ſydera celi: adhuc cor humanũ ſp cuperet ditari pluribꝫ. Si petas cur hoc. reſpondet̃.ꝙ h̃ ẽ ꝑmo ꝓpter anime creationẽ ad imaginẽ dei. ideo ipius appetitũ nõ põt ſatiare aliud q̃ ſolus deus. ſicut cera ſigillata nõ be ne ꝯuenit implere niſi figurã ſui ſigilli q̃ ẽ figurata. Alia rõ eſt ꝓpter auaricie igneitatez. quia ignis ſcꝫ auaricie nunq̃ dicit: ſufficit. Prouerb.xxx. Nã ignis ꝑ appoſitionẽ lignoꝝ nõ extinguit̃: ſed creſcit ꝛ auge tur in infinitũ.ij.de aia. Sic auaricia non extinguit̃ appoſitõe diuitiaꝝ: ſed augetur Unẽ.j.politicoꝝ.c.ij. Appetit⁹ pecunie eſt infinitus nec eſt termin⁹ nec finis pecuniatiue. Itẽ dicit Iuuenalis.lib.iij. Creſcit amor numi q̃tũ pecunia creſcit. D

Tertio ratiõe piclitatiõis. quia fere tot⁹ mũd⁹ hoc vitio piclitat̃ ꝛ diaboli laqueo capit̃. Nam.j.Timoth.vj. Qui volũt diuites fieri incidũt in laqueũ diaboli ꝛ i de ſide.mul.ꝛ no.q̃ mergunt in ꝑditionẽ. Et claret de oĩ ſtatu ſeculariũ regũ ꝑncipuꝫ mercatoꝝ nobiliũ ꝛ ignobiliũ. Itẽ eccliaſticorũ ꝑlatoꝝ ſacerdotũ clericoꝝ doctoꝝ ꝛc̃. Itẽ monachoꝝ ꝛc̃. In q̃bus impletũ videmus illud Hiere.vj. A minore vſq; ad maiorẽ oẽs auaricie ſtudẽt. ꝛ a ꝓpheta vſq; ad ſacerdotez cuncti faciũt dolũ. Deniq; hoc vitio captos diabolus piculoſi⁹ tenet vt nõ euadãt vſq; ad mortẽ. quia vt Hiero. dicit. Cũ cetera vitia in homĩe ſeneſcant: ſola auaricia iuueneſcit. Et quia grauitate põderis auri ꝛ argenti trahunt̃ deorſũ in infernũ. Unẽ quãto de ꝓfundiori terre viſcere tollunt̃: tãto plus ferent dũ exurunt̃ in furno. qꝛ approqinquãt pl⁹ ad ignẽ ſulphureuꝫ inferni. ꝛ ſic dat̃ intelligi etiã ex h̃ ꝙ loc⁹ auare diligentiũ auꝝ eſt in fern⁹. E Quarto rõne iniuriatiõis. qꝛ h̃ vitio ſũma fit iniuria. Primo diuine maieſtati eo ꝙ auaricia ẽ idoloꝝ ſuitus vt dꝛ Eph.v. Hoc ſcitote (ait) ꝙ oĩs fornicator aut auar⁹ qd̃ eſt idoloꝝ ſuit⁹ nõ hꝫ hereditatẽ in regno xp̃i ꝛ dei. Sꝫ q̃re rõ ſm Chryſ. ſup Ioh. omel.lxv.ẽ.qꝛ ſic hõ idolatra ſacrificat ſimulacro aureo vel ereo ꝛ in eo latẽti diabolo: ſic auar⁹ aiam ſuã et totũ corp⁹ ſacrificat theſauro ꝛ ei⁹ diabolo.ſ.cor ꝑ amorẽ diuitiaꝝ. caput ꝑ ſupbiaꝫ et corp⁹ ꝑ luxuriã. qꝛ Aug. dicit. Uermis diuitiaꝝ ẽ ſupbia et luxuria. ꝑterea man⁹ ſacrificat diabolo ꝑ furtũ et rapinã: os et linguã piurãdo: pedes currẽdo ꝓ acq̃rendis. Sc̄do iniuria fit xp̃o et beate marie ꝟgini et ſanctis ac angelis dĩ. qꝛ grauI⁹ q̃ iudas vẽdit xp̃m vt ait Aureol. in cõpen. Iudas vẽdidit ꝓ triginta denarijs ſemel ſꝫ auar⁹ ſepe ꝓ vno denario piurãdo nomen xp̃i ꝛ ſanctoꝝ. Tertio fit ſibiipĩ. q̃a nõ audet ad ſufficiẽtiã ſue neceſſitati ſatiſfacere ne defectũ patiat̃ in pecunijs Et qꝛ

ſeipm ꝑ eis exponit multꝭ ꝑiculis. idcirco aſſilat bufoni. de q̄ Alb. li. de aialib9 dicit ꝙ de terra nō audet mādũcare ad ſufficiē tiā timēs ꝙ terra ſibi deficiat. ꝓpterea Hiero. in ꝓlogo dicit. Auaro deeſt tā qđ hꝫ ꝙ̄ qđ nō habet. F Quarto iniuria grauiſſima fit ꝓpinq̄s ⁊ filijs ⁊ vxori. Tuꝫ q̄a dei iudicio iuxta ꝓuerbiū cōe. Reb9 male q̄ſitis nō gaudebit terti9 heres ⁊c̄. Tū q̄a male acq̄ſita illis relinquēdo oīb9 ſcient retinētib9 dat occaſionē dānatōis. q2 et illi tenēt reſtituere. extra de vſu. c. Tua. Nā pctm̄ nō dimittit niſi reſtituat ablatuꝫ vt dicit Aug. xiiij. q. vj. Si res. Ultimo iniuriat om̄i ꝓximo ꝑſertim paupi ꝓpter qđ ſepe de9 punit auaꝝ. Un̄ legit exēplū etiā apud ph̄os ⁊ poetas fabuloſū vt habet. j. politicorū. c. xviij. et. xj. metham. Ouidij. ꝙ Myda rex frigie dū ex auaricia petiuit vt quicq̄d tāgeret ꝯuerteret in auꝝ iudicio iuſto dū ſic cib9 ⁊ pot9 ꝯuerteret fame perijt. Exēplū aliud de xp̄ianis legit in cronica martiniana. ⁊ ponit Anth. par. ij. ti. j. ꝙ quidā diues ex auaricia emebat i meſſe blada multa ea ſeruās vt chariſtiaꝫ induceret. Et ecce dei iudicio mures innumeri egredien̄. ſuꝑ eū corroſerūt corp9 et9 corā oīb9 nec ab vllis hoīb9 potuit defēdi. ⁊ ſic peſſime mortu9 eſt ad dānationeꝫ. Plures rōnes poſſunt accipi ex infraſcriptis ſi placuerit.

G Circa ſecundū de offenſione auaricie querit. quare auaricia iudicat fore pctm̄ graue. Rō q̄ſtiōis ē. q2 cū tpalia ſint bona ⁊ a deo facta vt ſint adūſum hominū ⁊ ſuſtētationē. Un̄ ⁊ Ps̄. dicit. Celū celi dn̄o terrā āt dedit filijs hoīm. Cur ḡ nō liceat ea hoī amare. Ad hec rn̄det ſꝫ docto. theolo. ⁊ canoniſtas ꝙ tpalia bona amare ⁊ poſſidere bn̄ licet ad vſū ſꝫ nō licꝫ ad abuſū vt dic̄ text9 Hiero. xij. q. j. Duo ſunt. cū glo. Sꝫ abutit tpalib9 q̄ iniuſte ⁊ male ea poſſidet vel imoderate et ſupflue amat hr̄e. Nam ſm̄ Tho. ij. ij. q. cxviij. et Alex. tpalia bōa ad vſū hoīm ordinata ſūt i debita. ſ. cōmēſuratōe ⁊ iuſto ordīe poſſidēda: al's ē auaricia. Nota ḡ q̄d ſit auaricia. et diffinit Ab Aureol. in cōpē. ſꝫ Tulliū ſic. Auaricia ē inordiat9 amor habēdi. Itē ſm Ber. ē q̄rūlibet reꝝ iſatiabil' ⁊ inhoneſta cupido. nā Iſid. j. ethy. dic̄. Auarus dr̄ q̄ſi auid9 erꝭ. H Eſt ḡ auaricia ſꝑ pctm̄ vl' mortale vel veniale ſm Tho. Et pmo q2 ē ꝯria legi naturali vt ptꝫ per Amb. di. xlvij. Sic̄ hi. Et Hiero. d. cap. Duo ſūt. Et ptꝫ ꝑ exēpla naturalia. q2 vidim9 ꝙ tra oīa p̄cioſa ꝯcupiſcibilia abſcōdit i ſe ab oclīs hoīm. Itē hō i maxīa paupertate nud9 naſcit ⁊ corpe ē erecte ſtature ſurſus celū ſol' plātꝭ calcās trā. ac tādē in morte nil ſecū aufert. ḡ dꝫ cōtēnere hmōi. q2 ꝓ luto natura horret aiaꝫ ꝑdere. Naꝫ ſer. de aduētu dic̄ Ber. Quid ē auꝝ niſi tra rubea ⁊ argētū tra alba. Sꝫ q̄d fec̄ ea tā p̄cioſa niſi extimatio hoim fatua. Hec Ber.

Scđo q2 ē ꝯria dilectōi dī ⁊ ꝓximi: vt pote radix oīs pcti. j. Tim. vj. Radix oīꝫ maloꝝ cupiditas. Tertio q2 ꝯria tpantie virtuti ex imoderātia ꝓpt qđ ē vitioſa ⁊ piculoſa. Nā ſcribit Eccs. ix. Sic̄ piſces hamo ⁊ aues laq̄o: ſic hoīes capiūt in tpe malo. ſcꝫ ꝑ auariciaꝫ. Nimiꝝ eſca poſita ſuꝑ hamū bona ē piſci: ſꝫ ham9 nociu9. Sic tpalia ſūt bōa hoī: ſꝫ ham9 cupiditatꝭ imoderate ē nociu9 hoī. Itaqꜫ ſi piſcꝭ diligēs eſcā i hamo latēti poſitā capet de ea paulatim ⁊ moderate nō capet hamo. ſꝫ q2 totū ſit' vult deglutire. iō ſua culpa pit. Sic i ꝓpoſito I Quarto q2 ē ꝯria iuſticie et pacꝭ q̄eti. Nā q̄ro te o hō q̄d ē qđ ꝯturbat toti9 mūdi pacē ⁊ nō ſinit hoīes q̄ete viuere. Audi rn̄dentē Senecā di. ſic. Quietiſſime viuerēt hoīes ſi hec duo ꝓnoīa meū ⁊ tuū d̄ medio tollerēt. Hec ille. ⁊ in his ſignificat auaricia. Ad id exēplū ivitaſp. legit. et Antho. ponit etiā ꝙ duo fr̄es nūꝙ̄ potuerūt rixari: licꝫ vn9 aliuꝫ ꝓuocaret de matta in q̄ dormire habebāt dicēdo. mea ē. ali9 ſtati ſibi ceſſit. di. Sit tua i noīe dei. O ſi moderni p̄ncipes et ciues obſuarēt pax cēt. Sꝫ q2 auaricia reḡt in eis. ꝑdāt ⁊ ꝑdant ⁊ bellāt ⁊c̄. O ḡ chariſſimi xp̄iani nos attēdam9 exēplū xp̄i q̄ oīa trena ꝯtēpſit: paupim9 nat9 ē: ⁊ in pauꝑtate vixit: ⁊ ſūma pauꝑtate nudus ꝓ nobis in cruce penden̄. mortuus eſt.

K Circa tertium de modificatiōe varia ſpecierū vel differentiaꝝ auaricie vt ſciamus diſcernere quando ſit culpa mortal' ⁊ necario ꝯfitēda vl' venial' ſm

Alex.ꝛ Tho.ij.ij.q.c.xviij.ꝛ ſūmā Angeli
cā recolligēdo alioſq; doc. generales mo//
dos ponem⁹ octo qbus peccat q̄s in ipſa
auaricia. Pꝛio appetēdo Et ſic eſt moꝛ
tale. ſi appetit volūtate deliberata illicite
aliena niſi illud eſſʒ paruū. Item ſimilr ſi
appetit ea que ſine pctō nō poſſunt teneri
puta thelonia iniuſta ꝛ hmōi exactōes vl
bñficia plura ꝛc. Scđo vtendo. ꝛ ſic eſt
moꝛtale: exponēdo ad pctā faciēda ſua bo
na.ſ.ad meretrices ꝛ hmōi. Tercio ac//
qrēdo. et ſic moꝛtale eſt. ſi ꝑ iniuſta media
acqrit. vt ꝑ furtū rapias piuria ꝛc. vel etiā
ꝑ artē illicitā aut ꝓhibitā vt ꝑ nigroman
tiā ꝛ hmōi. Similiter moꝛtale eſt ſi acqui
rit ſuꝑflua ſic ꝙ ꝓpterea dimittit ea q̄ ſunt
neceſſaria ad ſalutē. vt miſſaʒ audire in fe
ſto et hmōi. Quarto retinendo. et eſt
moꝛtale ſi ſcienter retinet que tenet̄ reſtitu
ere ꝛ poteſt. vel ſi retinet ſuꝑflua ſibi et fa//
milie in caſu q̄ aliqs ꝓxim⁹ eſt in neceſſita
te extrema. Quinto iniuſto titl'o poſſi//
dendo puta vſurario vel calūnioſo moꝛta
le eſt. Sexto cōdendo. hoc eſt: ex auari//
cia theſauriſando. et ſic moꝛtale eſt: ſi ſolū
ex affectu auaricie facit. Sec⁹ ſi ꝑ vtilita//
te reipublice vel cult⁹ diuini ampliādi. vel
filioꝝ aut filiaꝝ ſeruato ꝑſone ſtatu ꝛ mō.
Septimo inutilit̄ ſeruare tm̄modo in//
tendendo nec erogādo duʒ opoꝛtet. Et h
ꝓhibet̄ eccleſiaſticꝫ.xij.q.ij. Aux. Octa
uo affectu nimio amādo. ꝛ ſic eſt moꝛtale
ſi amoꝛe diuitiaꝝ parat⁹ eſt facere ꝯtra p̄//
cepta. al's cōmuniter eſt veniale. L

Deniq; de filiab⁹ auaricie Notandū ꝙ
ſm doc. plurime ſunt ei⁹ filie. Sed p̄cipue
ſunt ꝯſitēde iſte q̄s ponā hic ꝓ captu iuxta
lr̄as matrꝫ eaꝝ q̄ dr̄ Cupiditas. Pꝛima
dr̄ concupiſcētia rei aliene: ita ꝙ vellet illi//
cite carpe furando ſcʒ vel rapiēdo. vel alio
modo malo. hec ſm Iſidoꝝ vocat̄ rapa//
citas. Scđa dr̄ vſura. vt ponit̄ in Ange//
lica. de hac vide ſermone. Tercia dr̄ ꝓdi
tio. ſi vicʒ ꝓdidit ꝑſonā aliquā vl ciuitatē
vel caſtrū inimicis. vel res iniuſte auferen
tib⁹. vel ſecreta niſi talia eſſent iniq vt ꝯiu//
rationes ꝯtra aliquē bonū vel ꝯtra ciuita
tē. q2 ſic liceret. Al's in p̄dictis ſingulis vl
tra moꝛtale pctm̄ tenet̄ ad reſtitutioneʒ de
oi dāno inde ſecuto. Quarta dr̄ iuratio
falſa. vt in emptione. de qua ſ. Quinta
deceptio ſiue fiat ꝑ fallacias ꝟboꝝ ſiue ꝑ
fraudes in factꝫ. Sexta inhūanitas. hoc
eſt: imiſericoꝛdia ad paupes in neceſſitate
p̄ſertim extrema. Septima turpe lucrū
ſi q̄ſiuit pecuniā ꝑ ludū vel ꝑ meretriciuʒ.
vel ꝓ teſtimonio ferendo et hmōi. Octa
ua dr̄ acceptio ꝑſonaꝝ.ſ. i iudicio ꝑuertē
iuſticiā ꝓpter munera vel ꝓpter amoꝛē vel
odiū ꝛ hmōi. Nona dr̄ ſimonia. ſi dedit
aliqđ tꝑale ꝓ ſpūali vt ꝓ ſacramentis. vel
ſi accepit. Similr ꝓ bñficijs ꝯferēdis vel
obtinendis. vel ꝓ oꝛdinib⁹ ꝓmouēdo ꝓpt
pecuniā. Et hmōi plura remitto ad ſum//
mas ꝯfeſſionū. Pꝛo finali exēplo legit̄
in dyalogo Ceſarij. ꝛ i Specl'o. di. vj. exē.
lxxv. ꝙ q̄dā mulier auara ꝛ vſuraria cum
eſſʒ moꝛitura vidit cāpū totū coꝛuis ꝛ coꝛ
nicib⁹ repleri. ꝛ clamauit Ve quia ecce de
mones laniāt pect⁹ meū. ꝛ iteꝝ ve q2 extra
hunt aiam meā. ꝛ ſic moꝛtua eſt. Tandeʒ
eadē nocte coꝛp⁹ de feretro videbat̄ ab il//
lis q̄ aderāt ꝓijci in altū vſq; ad trabē im
pingendo. Indeq; decidit iuxta lumē oſtij
ꝯfractū. Et ſic a diabolo extinctꝫ lumiari
bus fugerūt oēs hoies Tandē mane illō
beſtiali ſepulture tradiderūt in ſignū dā//
nationis. Rogem⁹ ḡ xpm vt nos caueat
ab hoc vicio ꝛ dānatione ꝛc.

Dñica eadē vicʒ de paſſione poſt pran
diū Sermo. xxxviij. de maligno vicio de//
tractionis.

**Sanguis chꝛi**
ſti emūdabit ꝯſciam noſtraʒ ab
opib⁹ moꝛtuis ad ſeruiēduʒ deo
viuenti. Verba ſunt apl'i Heb. ix. ꝛ in epi
ſtola hodierna. Quib⁹ oſtēdit vir
tutē et efficaciā ſanguinis dñi noſtri Ieſu
q̄ habet nos a peccatis emūdare. Et hoc
plurib⁹ modis. Pꝛio q̄dē redimēdo. Se//
cūdo abluendo. q2 ſanguis xp̄i effluxit de
coꝛpe deitati vnito et de coꝛde xp̄i in q̄ eſt
fons diuini amoꝛis. Vñ Apoc. j. Dilexit
nos xp̄s. ſ. redimendo. ꝛ lauit nos a pctis
nr̄is in ſanguie ſuo. In cui⁹ myſteriū ſan//
guis ꝛ aqua exiuit de latere xp̄i vulnerato
Sanguis in redēptionē. aq in ablutionē.

vt dicit Chryſ. tractatu de paſſiōe. ¶ Er-
go Jeſu bone tibi laus ⁊ gratiaꝝ actio q̄ꝛ
nos redemiſti a diaboli captiuitate ⁊ ab-
luiſti ſanguine tuo a pctīs noſtris. Deni-
q̄ꝫ Tercio emūdat nos ſanguis xp̄i inter
pellādo. Nā vt glo. ſup Hiere. v. dic̄. Sā-
guis Abel vindictam clamat: ſicut ⁊ ſan-
guis cuiuſcūq̄ꝫ .ſ. hoīs iniuſte occiſi. San
guis aūt xp̄i neminē accuſat ſed veniā cla
mat. ſ. penitentib⁹. et ſalutē interpellat: cū
ſit aduocat⁹ noſter apō patrē. Amb. Sā-
guis xp̄i clauis eſt paradiſi. Jp̄m ḡ o cha
riſſimi in corde teneam⁹ vt ſic p eū in celū
intrare valeam⁹. Ultimo ſanguis xp̄i nō
ſolū emūdat p̄dict̄ꝫ modis ab opib⁹ mor-
tuis. i. a peccat̄ꝫ mortalib⁹. ſꝫ etiā obligat
ad ſeruiendū deo viuēti. vt dꝛ in themate
Jdeo. j. Coꝛ. vj. Empti eſt̄ꝫ p̄cio magno
ſcꝫ. ſanguie xp̄i. glˀificate ḡ ⁊ portate deū ī
corpe vr̄o. ſ. ſibi deſeruiendo: nō diabolo.
Sed heu multi xp̄iani redempti ſanguie
chriſti portāt diabolū in corpe p carnalia
pctā. Et adhuc plures ⁊ inūerabiles por
tant in lingua p detractionē q̄ ſeruiūt dia
bolo: adeo q̄ ſicut Hiero. ⁊ glo. ſup Pro-
uer. xxiiij. di. in hoc vicio detractiōis ſpeci
aliter pditaꝛ totū genus hūanū. Jdeo de
ipſa tria myſteria declarabim⁹ p hoc ſer-
mone. Aliud thema vide intra ſmonem.

¶ Primū dꝛ horrende malignatiōis
¶ Scōm dꝛ varie modificatiōis.
¶ Terciū dꝛ mortifere offenſiōis.

A Circa primum de horren
da malignitate Nota q̄ pluurib⁹ rōnibus
ipſa detractio eſt horrēde grauitat̄ꝫ ⁊ ma-
lignitat̄ꝫ ac p ꝯſequēs execranda. Prima
dꝛ diuina deteſtatio. Nā aplus Ro. j. dic̄.
Suſurrones detractores deo odibiles. q̄
talia agūt digni ſunt morte: nō ſolū q̄ faci
unt ſed ⁊ q̄ conſentiūt facientib⁹. Hec ille.
Sed q̄re inter alia vicia detractio ſpeci-
aliter dꝛ deo odibilis. Rn̄deꝛ ſm Antho.
pte. ij. ti. viij. c. iiij. q̄ꝛ quod dei eſt ꝓpriū ſi-
bi vſurpat vel aufert. Nā dei ꝓpriū eſt de
occultis hoim iudicare ⁊ eoꝝ occulta ma
la publice manifeſtare. qd̄ faciet deus ī fi-
nali iudicio. Et hoc detrahēs vſurpat. er-
go ⁊c̄. Propꝛea Jac. iiij. c. Nolite detrahe
re alterutꝝ fratres mei. q̄ detrahit fratri aut
iudicat fratrē: detrahit legi. Hec ibi. Ly-
ra. Detrahit talis legi diuine que ꝓhibet
Leuit. xix. Nō eris ſuſurro nec criminator
in populo. nō maledices ſurdo nec coram
ceco pones offendiculū. glo. Surdo male
dicit q̄ abſenti detrahit. Offendiculū po-
nit ceco q̄ꝛ notificat pctm̄ alicui⁹ ei q̄ neſci
uit q̄ inde ſcādaliſaꝛ. detrahit ḡ deo. Pre-
terea detrahēs ꝓrio detrahit mēbro chri-
ſti. ⁊ ſic ipſi xp̄o. ¶ ḡ horrendū viciū mor
dere deum et xp̄m in ꝓximo. ¶ Se-
cunda rō dꝛ iniqua infamatio. Nā int ex-
teriora bona fama p̄eminet diuitijs tan-
q̄ꝫ p̄cioſiſſima corona oim hoim ſiue ma-
ioꝝ ſiue minoꝝ ſiue dn̄oꝝ ſiue ciuiū ſiue p̄
latoꝝ ſiue ſubditoꝝ ſiue ſeculariū ſiue reli
gioſorum viroꝝ vel mulieꝝ. Prouer. xxij.
Melius eſt nomē bonū q̄ꝫ diuitie multe.
Jdeo Amb. dicit q̄ tolerabiliores ſūt fu-
res q̄ diripiūt bona noſtra q̄ꝫ detractores
q̄ lacerant famā noſtrā. Jtē patet. vj. q. j.
Deteriores. vbi Anaclet⁹ papa dicit q̄ pe
iores ſunt etiā raptorib⁹. Jtē ibidē c. Sū
ma Alex. papa dicit. Sūma iniq̄tas ē fra
tres detrahere. Omnis q̄ detrahit fratri
ſuo homicida eſt. Hec ille. Ad id p exē
plo poteſt poni qd̄ ſcribitur de pe. diſt. j. c.
Homicidioꝝ (inquit) tria genera dicebat
btūs Petr⁹ ⁊ penā eoꝝ parilē. i. ſilēm q̄ꝫ tū
ad deū vt ibi dicit glo. Et ſubdit. Qui oc-
ciderit et q̄ odit fratrē ſuū et q̄ detrahit ei
pariter homicida eſſe demōſtraꝛ. Hec ibi
ex epl'a Clemēt̄ꝫ. Et ſic patet grauitas.

P Tercia dꝛ crudeliſſima leſio Nā quere
ro q̄d ſit ī toto mūdo qd̄ crudeliſſime poſ-
ſit ledere ⁊ occidere hoīes. Et rn̄deꝛ ex ſa-
cra ſcp̄tura ⁊ ex rōnis doctrina ac exēpla-
ri euidentia q̄ lingua mortifera detractio
nis q̄ excedit etiā inferni acerbitatē crude
liſſimam: Declaraꝛ. q̄ꝛ ſcribiꝛ Eccī. xxviij
Mors lingue (ſ. detractorie vl' p̄ue) mors
neq̄ſſima. ⁊ vtilis poti⁹ infern⁹ q̄ꝫ illa Hec
ibi. Et rō. q̄ꝛ infern⁹ nō ledit niſi aīas in
pctō exiſtētes. ſed lingua detrahēs etiam
innocentes. Jtem q̄ꝛ infernus ledit ⁊ cru-
ciat in ſe poſitos. Sed lingua detractoris
ledit etiam diſtantes p mille miliaria tā
viuos q̄ꝫ mortuos īfamando. Un̄ Ber.
ſup pſ. Unus eſt ſepe qui loquiꝛ et vnicū
eſt tm̄modo verbum quod loquiꝛ. et tn̄ re

pente vno ictu p̄imit magnā multitudiēȝ ſcȝ totā ciuitatē vel ꝓuinciā vel religionēȝ infamādo. qđ certe nullus gladius: nulla feralis crudelitas armoꝝ pōt facere. ¶ Pro exemplo Nouim⁹ ꝙ eccleſia canit fore dirā lanceam q̄ vulnerat⁹ fuit chriſt⁹ iam mortu⁹. eo ꝙ vno ictu tria vulnera infixit. Vnū in latere. Aliud in corde. ſ. xp̄i vſcȝ illud pfodiēdo ſm Bern̄. Terciū in aīa v̄gis Marie cōpatientiſ. Sic in ꝓpoſito. Vn̄ Bern̄. O dira lancea triceps lingua detractoris que vno ictu tres cōfodit dicentē ⁊ audientē ⁊ illū in fama cui detrahit. Itē ſcripture exemplū que compat detractorem ſerpēti Eccs. x. Si mordeat ſerpens in ſilentio nihil eo min⁹ habet q̄ detrahit in occulto. Et hoc ꝯgrue Primo qꝛ p̄mus oīm in mūdo diabolus in ſpecie ſerpentis fecit detractionē in paradiſo dicens. Scit deus ꝙ quacūcȝ hora comederitis apient̄ oculi veſtri ⁊ eritis ſicut dij. et ſic deū dixit inuidū mendaciter detrahen̄ Propterea detractores merito dicunt̄ ſerpentini ſimꝉ ⁊ diabolici. Scđo qꝛ ſerpēs vt dicit ph̄us. vij. de aīalibꝫ. carnes et ſanguinē vel hūiditates carnis libēter ſugit. vn̄ ⁊ in ſepulcris cadauerū latitat. Sic detractor. Vn̄ Grego. xiiij. moraꝉ. exponens illud Job Quare me pſeqmini ſicut deꝰ ſcȝ caſtigādo ⁊ carnibꝫ meis ſaturami: dicit. Qui aliene vite detractione paſcuntur pculdubio alioꝝ hoīm carnibꝫ ſaturant̄. O deus meus. o ieſu bone: q̄d hoc eſt vt xp̄iani ſe ſe mordeant ⁊ carnibꝫ paſcant̄ ꝓximoꝝ: cum tu p̄ceperis vt xp̄ian⁹ diligat ꝓximū ſicut ſeip̄m. Proinde Exempluȝ etiā legit̄ in vitaſpatꝝ et in Anthonina ꝙ q̄daȝ ſctūs pater dixit. Meli⁹ eſt. i. minus malū comedere carnes aīaliū in die ieiunij q̄ȝ carnes hominū p detractionem.

¶ Quarta rō đꝛ grauiſſima reſtitutio. vn̄ metriſta. Diffamare caue: nam reuocare graue. Heu q̄ȝ m̄lti tales nō reſtitueñ. falſe penitēt. De hoc infra. Vltima ratio đꝛ reprobatoria deſignatio. Nā vt Aug⁹. ⁊ Hiero. dicūt. Qui libenter mala de ꝓximo loquit̄ doloſe ſignū eſt reprobatiōis eterne. iuxta illud Ps. Dn̄e q̄s habitabit in tabernacl'o tuo aut q̄s req. in mōte ſan. tuo. Rn̄dit infra. Qui loquit̄ veritateȝ: q̄ nō egit dolū in lingua ſua. nec fecit ꝓximo ſuo malū ⁊c̄. Vn̄ legit̄ Nūeri. xxiiij. in huius figurā. ꝙ nullus filioꝝ iſrael qui detraxerūt terre intrare potuit in terrā ꝓmiſſionis ſed om̄es mortui ſunt in illo deſerto. O ergo terribile iudiciū vtinā pertimeſcerent detractores.

R Circa ſecundum de vario modo detractiōis Notanduȝ primo quid ſit detractio. Et diffinit̄ ſm Greg. in moraꝉ. ac cōiter docto. ſic. Detractio eſt denigratio aliene fame p v̄ba occulta. Et đꝛ occulta reſpectu ei⁹ de q̄ talia v̄ba dicunt̄. qꝛ in eius abſentia ꝓferunt̄ q̄ȝuis poſtea ei nota fierent. Nā ſi p apta v̄ba in faciē loqueret̄. tūc nō dicit̄ detractio ꝓprie ſed contumelia poſſet eſſe dum derogat honori. Hec ſm Tho. ij. ij. q. lxxiij. ⁊ in Angelica.

S Scđo Notandū quot modis fit detractio famā denigrādo. i. obfuſcando vꝉ minuēdo. Et ſm Alex. ij. ij. tractatu e. đꝛ. ꝙ ſepteȝ modis. Prim⁹ eſt negatiu⁹. ſ. cū q̄s negat ſcienter alterius bonū qđ de illo narrat̄: dicēdo. Nō eſt veꝝ ꝙ ille ſit talis bonus ⁊c̄. Scđs modus eſt occultatiu⁹ q̄n qđ eſſet manfeſtādū tacȝ. Sicut ſi aliq̄s interrogaret̄ de aliq̄ an eſſet idone⁹ ad platiōnē vel ad bn̄ficiū. ⁊ ille ſciret illuȝ eſſe idoneū ⁊ v̄tuoſum et taceret. aut ſi de aliq̄ puella nubili interrogat⁹ ſi eſſet honeſta. ⁊ ſciens eam honeſtā taceret vel diceret. Nō curo de talibꝫ et hm̄oi. indirecte famā lederet. Vnde Gilb. porritanus dicit Grauis rapacitas eſt cū verā alteri⁹ gloriam ⁊ ſi mēdacio nō corrūpis: ſilētio p̄teriſ. Hec ille. Terci⁹ modus eſt publicatiuus cū occulta pctā publicat vel manifeſtat his q̄bꝫ nō debet: aut ordine q̄ nō debet. vt faciendo libellos famoſos: cātilenas ⁊ hm̄oi. Quart⁹ eſt venenatiu⁹. ſcȝ cū dicūt bona īmiſcēdo mala: di. Bonus q̄dem eſt ſed hoc habet malū ⁊c̄. ⁊ ſic venenū dant ſub melle. Quint⁹ eſt deprauatiuus. cum dicit bonū ſed mala intentiōe factū: di. ꝙ ex hypocriſi vel p vana glīa facit. Sextus eſt impoſitiuus. cū falſa crimina imponit alteri ſiue ſcienter ſiue ex ſuſpicione: aſſereñ qđ neſcit verū eſſe. ſiue ex odio ſiue ex loquacitate mentiendo ⁊c̄.

¶ Septimus modus eſt augmentatiuus.ſ.addendo vel aggrauãdo factum in modo loquẽdi.vt dicere ꝙ grauiter ꝑcuſſit cũ tñ leuiter ꝑcuſſerit ⁊hmõi. Pro exẽplo põt poni cõſolatorio qḋ narrat̃ factũ in hoc regno in oppido noĩe Batha. ꝙ q̃dam frater duz queſt⁹ cauſa ꝑdicaret ſtãs ſuꝑ dolium.⁊ fiſtulator quidam in foro ac q̃ſtu aduerſaret̃ eidez.mutuo ſibiipſis detrahentib⁹ publice: aſtut⁹ fiſtulator ficta deuotiõe acceſſit circa doliũ ſup q̃ ille ꝑdicabat.⁊ clã ſub pallio reſcidit circulos dolij. Tunc ꝑdicañ ille cũ impetu pede fortiter tangeñ ſup doliũ diceret. Hic idem ſubmergar ſi non verũ eſt qḋ dico. Mox aſſerib⁹ dolij decidentib⁹: ꝑdicator ipſe in feces dolij cecidit ⁊c̃. Sic ſolẽt etiã demones ludificare detractores q̃ dũ detractiones affirmãt cadunt ſubita morte in feces inferni.

V Circa tertium de mortali offenſione Notandũ ꝙ in detractione põt q̃s peccare mortal̃r trib⁹ modis. Et ẽm h̃ varij ſunt caſus.

¶ Primo in loquẽdi intentione.

¶ Scḋo in audiendi delectatione.

¶ Tercio in reſtituendi neglectione.

Primo ergo q̃rit̃ Quali intentõe loq̃ndo peccat q̃s mortal̃r in detrahendo. Ad qḋ ẽm theologos ſcz Tho.ij.ij.q.lxxij.et Alexan.Antho.⁊ Angelicã ꝯcor.canoniſtas Pro regula generali tenẽdum eſt ꝙ om̃ia pct̃ã verboꝝ maxie ſunt ex intentiõe dicẽtis iudicãda. Ex hac g̃ regula ad queſituz reſpõdet̃ ẽm eoſdẽ doc.ꝙ detractio in verbis iudicanda eſt ex intentione ipſi⁹ loq̃ntis q̃ñ ſit venialis vel mortalis. Quãuis eñ detractio ꝓprie ⁊ formal̃r ſꝑ ſit mortalis q꞉ intendit ledere famã ꝓximi qḋ eſt ꝯ charitatẽ.tñ materialr̃ in verbis dicentis põt eſſe nullũ vel veniale pct̃m ex intẽtiõe bona. Et hoc pluribus caſibus.vt patet

